

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICAE

GR. 184. 2

Vf  
2391

De

CONSTITUTIONE  
ET ADULTERATIONE  
NUMMORUM,

X 1974349

Quam,

ductu l. 2. C. de Fals. Mon.

Ad

JUS CIVILE ROMANUM,  
RECESSUS IMPERII,

nec non

JUS SAXONICUM,

accommodatam,

Adspirante Numinis Divini Gratiâ,

&

AUTORITATE atq; PERMISSU  
Magnifici ac Prænobilissimi

BIBLIOTHECA  
SITTAVIENSIS

JURIS DOCTORUM ORDINIS

in

INCLYTA UNIVERSITATE NORICA,

PRO LICENTIA,

ad

Summos in utroq; jure Honores Privilegia & Immunitatis ritè adspirandi,

D. 2. Septembris, A. O. R. M DC LXXIX.

Loco horisq; consuetis.

Publico eruditorum examini submittet

Gottlob Christian Ulrich / Sittaviensis.

ALTDORF, Literis HENRICI MEYERI, Acad. Typogr.

K. 184. 2











I. N. J.

PROOEMIUM.



*Maximam semper apud omnes populos, legum Romanarum auctoritatem fuisse, inde animadvertimus, quod Reges & populi, fortitudine & armis suis Romanorum jugo excusso, easdem observarint, horumque Tyrannidem, licet in armis execrati, justitiam tamen in legibus amplexi sint; Utrumque si institutum meum esset, facile negotio, ex Romanorum historiae aequae ac aliorum, ad unguem demonstrarem: Etenim Eutropium, Livium, Florum &c. evolvens, non possum non, cum Minutio Felice, Advocato Romano, in sua pro Christianis Apologia, cui titulus est Octavius, exclamare; Confugerunt scilicet Romam perditam, facinorosi, incesti, sicarii, proditores, asylo prima plebs congregata est, ipse Romulus primo parricidium fecit, mox alienas Virgines desponsatas & nonnullas de matrimonio mulierculas sine more rapuit, violavit, illucit & cum eorum parentibus foceris suis bellum miscuit; jam, finitimos agro pellere, civitates proximas evertere, captos cogere, damnis alienis & suis sceleribus cum Romulo ceteris Regibus & Ducibus posthumis disciplina communis. Ita, quicquid Romani tenent, possident, audaciae praeda est, toties a Romanis impium, quoties triumphatum. Et hoc est quod Augustinum movit, ut, lib. 4. de Civ. Dei. c. 4. haec in verba erumperet; Remota a justitia quid sunt regna? nisi magna latrocinia, & ipsa latrocinia quid sunt? nisi parva regna. Haec, ut ut sint, offerunt se tamen & ex Theologis & Juris non pauci, justitiam Romanorum in acquirendis Dominis, partim a voluntate Dei permittente,*





partim à consensu Principum & populorum ab iis debellatorum, qui primo per vim ac injustè coacti, sed postea expressè vel tacitè in Romanorum dominationem consenserunt, ex imperio injusto justum reddiderunt, Alber. ad l. 1. n. 20. C. de SS. Trin. Costald. de Imper. qv. 69. num. 10. Franc. Zoannet. de Rom. Imper. n. 231. partim ex præscriptione & diuturnitate temporis, defendentes, quod multè Principes à Romanis per vim subjugati, per varia secula sub eorum imperio manentes, illorum dominationi videantur acquiescisse, Bald. ad rubr. de contro. invest. in usibus feudi n. 8. Nos, dum de Romanorum justitia in suis armis fluctuamus, quarimus eandem, in eorum legibus, quia certum est, justitiam Romanam adeò celebrari, ut plures provincias, per justitiæ famam, quam arma adquisivissè dicantur, unde venit, ut & adhuc in foro & imperio nostro, plura quæ ap. Romanos viguere, in viridi sint observantia. Ad quæ, cum constitutionem l. 2. C. de fals. mon. referre possimus, constitui, Favente Triade, & permissu, Magnifici hujus Academia Jctorum Ordinis, eandem in solenni ac Inaugurali disputatione, pro Licentiâ, Honores ac privilegia Doctoralia impetrandi, enotare: Quod ut ritè procedat, DEVM, Ens omnium perfectissimum imploro; Spiritu Sapientiæ suæ & Veritatis mentem meam illuminando præparet, calamumve dirigat, quò cedant singula, in Nominis sui divini Gloriam, Patronorum ac propinquorum Gaudium, patriæ utilitatem, proximi commodum, propriumq; mei emolumentum & commendationem.

### Tractatio ipsa.

**V**erumenimverò, ne in limine statim notam incurram, quòd secundum l. 24. ff. LL. juris studioso conveniens non sit, de lege ejusve contentis, eadem non totâ propositâ ac perspectâ, judicare & respondere, è re erit, ipsius legis, quam pertractare animo ambibi, verba, prout in Codice repetita prælectionis reperiuntur, præmittere, quæ hæc sunt:

Tex-



Textus.

Idem A. ad Tertullum Perfectum Urbis Africae.

**S**I quis nummos falsâ fusione formaverit, universas ejus facultates fisco nostro precipimus addici, in monetis etenim tantummodò nostris, cudenda pecunia studium frequentari volumus, cujus obnoxii Majestatis crimen committunt, & premio accusatoribus proposito, quicumq; solidorum adulter poterit reperiri vel à quocumq; fuerit publicatus, ilicò omni dilatione summotâ, flammarum exustionibus mancipetur. Dat. prid. Non. Jul. Mediol. Constantino A. VII. & Constantio Cas. IV. Coss. 316.

Analysis & Partitio.

**D**uo circa hanc legem principaliter perpendenda veniunt, Generalia seu si mavis Externa, quo pertinent Historica & Lexica, & Specialia seu Interna, quæ rem contentam complectuntur. Commodè idcirco pertractatio legis nostræ secunda, duobus poterit absolvi membris, quorum primum sub consideratione Historicâ & Lexicâ, Externa, alterum sub Juridica Interna, sub certis capitibus subministrabit. Sit itaque,

MEMBRI PRIMI.

CAPUT I.

De Consideratione Historicâ.

§. I.

**H**Anc subministrat, Subscriptio & Inscriptio; Illam si spectes, ex eo, quod annum, locum, Coss. mensem, diem contineat, non mancã nec imperfectum esse, qualis est l. 4. C. de re jud. l. 2. C. de serv. Reip. manum. quæ tamen ob id autoritate & vi juris non destituuntur, contra l. 1. C. Theod. de Constit. ubi Constantinus expressè decrevit, constitutiones sine die & Consule deprehensas autoritate carere; quia ab ipso Imperatore Justiniano, qui omnes



omnes illas leges, autoritate legislatoriâ suas fecit promulgatæ sunt, add. Perez. *ad C. de divers. rescript. num. 8.* Annus est post salutarem Christi Nativitatem, trecentessimus decimus sextus, Locus Mediolanum, Consules Constantinus & Constantius, Mensis Julius, dies ejusdem sextus.

§. 2. Mediolanum, vulgò Milano, cujus mentionem subscriptio facit, exstructum scias, annis, ante salutiferam Virginis Mariæ conceptionem, 222. & caput Mediolanensis Ducatus, in Lombardia Transpadana, cui Cispadana opponitur, urbs sanè jam olim eâ Nobilitate, opulentiâ, publicorum operum magnificentiâ & civium inquilinorumqve frequentiâ, fuit spectabilis, ut facilè secundum, à Româ dignitatis teneret atq; amplitudinis gradum, inde etiam in proverbium ivit: evertendum esse Mediolanum, ut quorumvis artificum copiâ, Italiæ prospiciatur, id quod ab Imperatore Friderico Barbarossa factum, cujus jussu urbs clarissima deleta, mœnia, templa, basilicæ, domus civium, prostrata, aratrum per urbis aream decussatim tractum ac sal in ea diseminatum, Lansius *in Oratione contra Galliam p. m. 996. seq.* add. Crus. *in Oratione de Friderico Barbarossa & Annal. Sæv. p. 2. lib. 10. cap. 18.*

§. 3. Inscriptio, complectitur Nomina Personarum, quæ hoc loco sunt Rescribens seu Legislator, & Recipiens ad quem rescriptum directum est, Ille indigitatur per pronomen Idem, quod est particula demonstrativa, volens, respiciamus ad præcedentem legem primam, adeò, ut autor illius, sit & hujus, *arg. l. 79. ff. de V. S. sc.* Imperator Constantinus Augustus, cujus nominis cum varii existant & ab Historicis referantur, veluti Constantinus M. *qui sedem Imperii Româ Byzantium transferendo, urbem de suo nomine Constantinopolim dixit,* & Constantini hujus filius, *cujus corpus confossum postquam fratri bellum indixerat, in fluvium Alsam projectum est,* nec non Constantinus Heraclii, Constantinus Pogonatus, Constantinus Capronymus, Constantinus, Leonis Filius &

com-



complures alii, dubium alicui oriri posset, cui lex nostra ac-  
cepto ferenda, primo, secundo vel tertio &c. Verum non  
est, ut solliciti simus in disquisitione hujus rei, cum introspi-  
cienti textum, ex subscriptione pateat, de Constantino M.  
exaudiendum esse (*utpote qui ab anno Christi 306. ad 337. re-  
gnavit*) rescriptum hoc An. 316. Accedit, quod Mediolani  
frequens fuerit, quo & Lycinium accersivit, ei que sororem  
suam Constantiam ibidem in uxorem dando, matrimonio  
iunxit; de cuius rebus gestis, cum nimis longum foret singu-  
la recensere, remitto benevolum Lectorem ad Historicos:  
praeter cetera notari meretur, Ecclesiae Christi vexilla ge-  
renti, Imperatorem hunc, *victis Tyrannis Maxentio, Maxi-  
minio & Lycinio* optatissima concessisse halcyona, subve ejus  
Regimine, instituto concilio Niceno An. C. 325. Arrianam  
haeresin condemnatam esse.

§. 4. Recipiens seu Persona ad quam, Tertullus dicitur, per  
quem non ille, cujus meminit *l. 2. C. ne fisc. vel Republ. nec is,*  
a quo Scitum Tertullianum profectum, *de quo Tit. Inst. lib. 3.*  
sed hic, qui praefectus urbis Africae fuit, intelligitur, voculam  
verò Africae ideò adjectam judico, ne per praefectum Urbis  
absolutè positum, putemus Romanae, quippe notum est ex  
jure Civili, Romam καὶ ἐξοχήν intelligi, quoties urbem sim-  
pliciter legimus; Goedd. *ad Tit. de V. S. n. 28. p. m. 64.* quae olim  
inter alias asserente Virgilio in *Bucol.*

--- --- *Tantum caput extulit urbes*

*Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

§. 5. Restat subjicere, quid per Praefectum urbis Afri-  
cae intelligere debeamus, & ad Codicem me vertendo,  
praeter hunc Tertullum adjectio hoc titulo, neminem insi-  
gnitum reperio, carebit tamen res difficultate, si cum Dd. vo-  
cabulo urbis alicujus Provinciae absolutèposito, metropolin  
ejusdem intelligamus, adeò ut per urbem Africae, Alexandri-  
am notemus, quae Aegypti & per consequens Africae, in qua  
sita,



sita, est metropolis. Dictis non obstat, quòd Africæ jamjam constitutus fuerit Præfectus Prætorio; sciendum enim Præfectos hosce, cum à supremo Principe longius abfuerint, potestate sua abufos esse inq; Tyrannidem incidisse, quare, ut eadem restringeretur, Imperatores commune publicum promovere volentes, iis addiderunt adjunctum quasi, qui eorum opera observaret, & talis fuit Tertullus noster, quem non absurdè pro juridico Alexandriae habemus, primum eidem postquam Ægyptus in provinciam redacta est, ab Augusto tributus. Præfectus urbis Africæ igitur non alius est, quàm Magistratus specialiter ab Imperatore Alexandriae datus, quod tutum non censuerit, unius præfecturæ, tam munitam & præpotentem provinciam credi.

CAP. II.

*De Consideratione Lexicâ.*

§. I.

**E**T hætenus receptæ methodo ut morem geram, prætereaq; in omni tractatu *arg. l. 1. ff. de prævaricat.* verba præprimis cognoscenda sint, *quia res nisi verbis ceu instrumentis earum l. 7. §. 2. ff. de supell. leg. delibatis, commodè percipi nequeunt*, terminos legis nostræ sive ambiguos, sive obscuros, quoad licebit, breviter percurramus.

§. 2. In ipsâ Inscriptione, offendo summæ dignationis notas, Imperator & Augustus, quarum ambiguitas & acceptio cum ab aliis fusissimè explicentur, de iis non prolixior ero, id solum noto, Imperatoris voculam h. l. in strictiori & specialiori accipi significatu, designarivè Romanum Principem, ceu cujus solius nomen Imperatoris, primigena notione & καὶ ἐξοχὴν proprium est, eiqvè à Julio Cæsare *qui primus est quidem decreto Senatus sic nominatus*, in prænomen perpetuum & axioma summæ potestatis vertit, Bulleng. *de Rom. Imp. lib. 1. c. 2. 3.* quoad reliqvas acceptiones me remis-

sum



sum volo ad Knichen, *de jur. terr. c. 1. n. 114.* & *Interpp. comm. ad proæm. Inst. pr. verb. Imperator.* Buchner. *Thes. lat. voc. eodem.*

§. 3. Quoad alteram, nota, Constantinum sic dici à Cajo Octavio Imperatore, qui (*cum VII. Consul fuisset atq; ob summa in Rempubl. merita, in Senatu consultatum esset, Romuli cognomine, Augustive honoraretur, Gabr. Trivorius Observ. Apolog. c. 4. n. 4.*) Augustus cognominatus est, & ab hoc dein in Successores transiit, non solum ex pietate & augurio, ut vult Mynsinger. *ad proæm. Inst.* ideò quod Veteres ex auguriis & avium volantium garritu Imperatores elegerint, sed & voto hoc bono, ut Imperium cum ipso, *dicente Accursio*, indies augeatur & fines amplientur, teste *Ovid. 1. Fast.*

*Sancta vocant Augusta patres Augusta vocamus,  
Templa Sacerdotum, ritè sacrata manu;  
Hujus & augurium dependet origine verbi,  
Et quodcunquè sua, Jupiter augetope.*

§. 4. Subsequitur textus, in quo occurrunt verba, *Si quis*, ubi parum prodesse existimo, ut circa singula hæc operosior sim, quòtupliciter scil. conjunctio conditionalis *Si*, vel voc. *quis*, in jure & ap. Autores passim recipiatur, quia Grammatici & Lexicographi, hanc operam præoccuparunt; Sufficiat, quod per particulam *Si*, loquens, factum non ponat simpliciter & absolutè quid fateatur, sed in eventum conditionis conferat, *l. 48. ff. de Procur. Dd. ad rubr. Si cert. pet.* natura siquidem hujus dictionis est non causam facere, sed conditionem negotio adjicere, *l. 17. §. 3. ff. de cond. & demonstr.* (*aliquando tamen pro quia ponitur l. 4. pr. ff. de in lit. jur. l. 47. §. 3. ff. de administ. tut. nec non quamvis Bart. ad l. 1. ff. de condit. & demonstr.*) & *Quis*, tam masculos quam foeminas comprehendat; poterunt hæ voculæ Germano idiomate sic verti: *So iemand / es sey ein Mann oder Weib / Sohn oder Tochter / ic.* *Ex dictis sequens poterit ne-*

B

Et



*Et Axioma* : Sermonē masculino , sexus foemininus , non modò extensivæ significationis beneficio , sed maximè sermonis proprietate comprehenditur. *l. 1. l. 195. ff. de V. S.* Pueri idcirco appellatione puella , *l. 163. §. 1. patroni patrona* , liberti liberta *l. 172.* servi ancilla *l. 40. §. 1. ff. d. t. venit.*

§. 5. Inquis, quid causæ, quò minus foeminina appellatione masculinum comprehendit genus? *l. 81. ff. de Leg. 3. l. 45. pr. ff. de Leg. 2.* R. Cum Jcto, quoniam exemplo pessimum est, foemininâ appellatione masculos complecti, *partim* propter jus defensionis, quod masculorum est, *l. 2. ff. de injur. partim* propter imperium domesticum, *partim* propter prioritatem & perfectionem; imò, si adpellatio foeminina mares contineret, indigniori tribueretur id, quod perfectiori competeret, taceam eo ipso foeminam masculi principium, caput, tutricem contra omnem rationem Politicam, Oeconomicam, Physicam, Theologicamquè, constitui.

§. 6. Redeo ad textum, ubi sequitur, voc. *Nummos*, quæ h. l. generalis est, & quamlibet monetæ speciem, *sive aurea sit, sive argentea, major vel minor*, sub se complectitur, & hanc ob causam, pluralem cernis, cum in singulari idem denotet, quod duæ valent drachmæ *Plaut. in Trinum : Diss. Gl. hic & Mars. cons. 71. n. 12.* Dicitur quidam nummum putant, à Numâ Romanorum Rege, qui primùm nummos ap. Latinos imaginibus notando titulo nominis sui inscripserit. Alii à νόμος h. e. lege, quòd sc. non à naturâ, sed lege ortum trahat: *Aristot. lib. 5. Eth. cap. 5. & 1. Polit. c. 6.* Andr. Tiraqv. *de vet. Lig. §. 30. gl. 1. n. 1. fol. 307.* Arius Pinell. *ad rubr. C. de rescind. vendit. p. 1. c. 3.* hinc venit ut per unum M numus plurimi scribant, & Hostus *de re num. lib. 1. c. 3. sect. 3. p. 68.* referat, in libris *πενδεκῶν* perpetuò per M simplex scribi, à lege enim pretium & valorem certum accipit, hujusquè libera potestas est, nummos semel percusos, inutiles reddere. Jure Saxoni-



co, nummus strictè acceptus, est duodecima pars grossi seu argentei, & ducentesima octuagesima octava, Thaleri, Germ. Ein Pfening oder Pennick / à pecunia de pravata sic dicta. Ceterum von der Pfening Valor, Wehrschafft / Ausgab und Münzen / add. Ferdinandi Münz-Ordnung zu Augspurg den 19. August. 1559. §. Neben vorgesezten gemeinen Münzen / R. I. Spira d. 11. Iobr. 1570.

§. 7. Pergo ad verba; *falsa fusione formaverit*, quibus non modò ii, qui ex falsa materia nummos cudunt, sed omnes falsarii, *prout ex finalibus patet*, comprehenduntur, ibi enim subjectum, quod flammaram exustionibus mancipari debet, est adulter solidorum, at verò adulter solidorum, non ille tantum est, qui falsa fusione format nummos, sed & is, qui tingit, lavat, rodit, &c. Confirmat hanc opinionem Constitutio Constantini nostri alia, quæ habetur in *l. un. C. Theod. si quis solid. circ. ext. incid. ubi*, postquam eos qui solidis ejusdem ponderis, sed diversæ formæ, diversam æstimationem faciunt, aut capite puniri, aut flammis tradi, vel alia poena mortifera, plecti iussit, *immediatè subnectit*: quod ille etiam patietur, qui mensuram circuli exterioris adroserit, ut ponderis minuat quantitatem, vel figuratum solidum adultera imitatione invendendo subjecerit, quæ verba ultima non minus inaurantibus, ac cudentibus & fundentibus conveniunt, quippe & illi figuratos solidos adultera imitatione invendendo subjiciunt, hinc Anianus ad istum textum distinctè magis explicat. *Quicumquè solidum circumciderit aut adulterum supposuerit, aut falsam monetam fecerit, capite puniatur.*

§. 8. Patet ex dictis, quid per fusionem & *formare* intellectum velit Imperator noster, scil. per fusionem ceu voculam generalem, intelligit omne id, quo moneta sive aurea sit, sive argentea, ærea sive cuprea, vitiatur; sicut & *formare* eandem hic loci significationem habet, quamcunq;



sub se comprehendens læsionem nummorum, nec interest, contingat ea circa pondus, materiam & formam.

§. 9. Liceat occasione adjectæ voculæ *falsa* quæstionem, quæ aliàs ad considerationem juridicam pertinet, huc ponere; Num is, qui monetam, propriâ autoritate, justi tamen ponderis & materiæ, percusserit, legis nostræ pœna veniat coërcendus necne? & quoad jus Civile omnino videtur affirmandum: (1.) Quod fabricans monetam, Principis Regali præjudicando, illiusquè autoritatem sibi arrogando, crimen læsæ Majestatis committat. *d. l. 2.* (2.) Quia contra Præceptum superioris veniens etiamsi rem bonam peregerit, pœna ultimi supplicii afficiatur. *l. 3. §. 15. ff. de re milit.* (3.) Accedit Glossa *ad L. nostram. 2. §. l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. pec.* cujus autoritas maxima & respectus summus, asserente Matth. de Afflictis, *Dec. Neapolit. 384. n. 10.* (4.) Per Interpp. affirmativam defendentes, velut Alex. *l. 15. n. 26. ff. de R. C.* Menoch. *lib. 2. Arb. jud. quæst. cas. 316. n. 15. §. 17. fol. 433.* Fabian. de Monte S. Sabini *quæst. princip. 5. n. 4. seq. p. 157.* Ludovicus à Pegvera *Dec. Crim. 64. n. 7.* Quoad Jus Imperii nonnulli negant moti (1.) *O. C. Caroli V. art. 111. Rubr. Straff der Münzfälscher/ und auch derer/ so ohne habende Frenheit münzen. in verb. Wer ohne habende Frenheit münzet/ soll gefänglich eingelegt/ und nach Rath an Leib oder Gut/ nach Gestalt der Sachen gestraffet werden.* (2.) Quod pœna delicto debeat esse conformis. *l. 11. ff. de pœn.*

§. 10. Seqvuntur verba, *Universas ejus facultates fisco nostro præcipimus addici*, i. e. omnia mobilia & immobilia fisco & ærario Principis adplicari debent. *l. fin. de bon. eor. quæ mort. sibi consc. l. 4. C. de re milit.* Exinde Svetonius *in Domitiano c. 12.* confiscabantur, ait, alienissimæ hæreditates vel existente uno, qui diceret audivisse se &c. hinc definitur Fiscus, saccus Regius, in quem bona damnatorum & proscriptorum reducuntur; varias præterea significationes habet, aliquando



do fiscus est instrumentum ad qualli similitudinem, in quo ponuntur olivæ, cum prælo subjiciuntur, Colum. lib. 12. c. 48. & 49. quocirca Cujacius, fiscum interpretatur cophinum, plura vide in Lexic. juridicis. *Præcipimus* per jubemus, *iwir Befehlen/ es ist unser Will/* explico, aliàs significat præ aliis capere, l. si filia nupta. §. 1. ff. famil. ercisc. *vorabziehen/ voraus befohlen/* & per præceptionem relinquere. l. 102. §. alumnno. ff. de Leg. 3.

§. 11. Dicit Constantinus porrò: *In monetis etenim tantummodò nostris cudenda pecuniæ studium frequentari volumus.* Moneta, quæ à monendo derivatur, & quodcunquè numismatis genus sub se comprehendit, h. l. locum ubi nummi cudentur, denotat, l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. pec. verborum sensus hic sit. *In officinis enim monetariis nostris, i. e. regis cudenda, i. e. formanda, pecuniæ exercitium frequens esse atquè usitatum l. 2. ex quib. caus. maj. volumus.* Ceterum obiter noto pecuniam non solùm numeratam, verum omnia corpora complecti, l. 178. ff. de V. S. ibiq; Gœdd. p. m. 1020. Tholosan. Syntagm. jur. univ. Lib. 3. c. 2. fol. 53. propriè & κατ' ἐξοχήν pecunia accipitur de re, quæ in quantitate consistit & functionem recipit. l. 2. §. 1. ff. de R. C. l. 1. pr. ff. de Condict. Trit. l. 11. ff. de Compensat. l. 94. §. 1. ff. de solut. l. 47. §. fin. ff. de jur. fisc. Propriissimè pro solis nummis seu numerato & signato ære, auro argentovè, l. 7. §. 3. vers. verba videntur pecuniam. ff. de Sct. Maced. l. 4. §. pen. ff. de Reb. Cred.

§. 12. Succedunt verba; *Cujus obnoxii Majestatis crimen committunt.* i. e. Et hujus falsæ fusionis rei, ex Majestatis crimine tenentur. Majestas autore Festo à magnitudine denominatur, & vel ad Deum, unde crimen Majestatis divinæ, quo de vid. Damhoud. pr. Cr. vel ad hominem penes quem τὸ Κύριον & summa Majestas est, refertur. l. 7. §. 1. ff. de capt. & postlim. l. 9. ff. de Jurisdic. omn. jud. tot. tit. ad L. Jul. Majest.



§. 13. *Premio*, inquit Imperator, *accusatoribus proposito*, ex his severitatem animadversionis in delinquentes hocce intelligimus, sc. accusatores debent remunerari, in tantum, ut & conscii hujus criminis, si socios absque tormentis prodant, à poena, cui regulariter subjacere debent, immunes sint, *l. i. C. de fals. monet. l. quisquis in fin. C. ad L. Jul. Maj. & de calumnia accusator non teneatur, si non probaverit, dict. Ord. Ferdinandi de An. 1559. §.* So ferne aber der Anfläger. *in verbis*: So der Angeber irren / und der Angegebene unschuldig erfunden / und also zu Schaden geführet werden wurde / soll derselbige Anfläger dem unschuldigen Kosten und Schaden / darinnen er ihn also bracht hätte / ausrichten / Es wäre dann Sache / daß der Anfager / seines Ansa- gens gute tapfere Ursach hätte / In dem Fall soll er des denuncirten erlittenen Schaden und Kosten halben / nichts fenn verpflichtet. Pergit Legislator nolter. *Quicumque solidorum adulter poterit reperiri, vel à quocumque fuerit publicatus, generalissima hæc esse, ipsa voc. quicumque indicat, unde & infamis, qui jure accusandi destituitur, hoc casu poterit accusare, l. 4. ff. ad L. Jul. Maj. l. 8. ff. de accus.*

§. 14. Solidi mentione factâ, in illum paucis inquiramus, & dicitur à soliditate & integritate corporis, Mod. Pistor. *Conf. 27. n. 5. vol. 2. p. m. 464.* sive quòd de solido fiat auro, Gloss. *l. i. verb. solidos. C. de veter. num. potest.* sive quòd ei nihil desit, Host. *d. tr. lib. 5. c. 6. p. 739.* & distinguitur in vulgarem seu communem, & Obryzatos *l. fin. C. d. t.* continens septuagesimam secundam partem libræ auri, *l. 5. ibiq. Gl. verb. aut auri massa.* Bart. *n. 2. fol. 67. C. de suscept. l. 4. C. de serv. fugit.* Boër. *Dec. Burdegal. 327. n. 2. p. m. 830.* Et hanc opinionem usu in Camera receptam probat Joh. Cop. *Dec. Jur. 5. n. 13. fol. 14.* Wurm. *lib. 1. obs. Pract. tit. 50. de V. S. obs. 11. num. 2. p. m. 172.* Andr. Knichen *in Comment. ad Jus Saxon. verb. litis provocatione nescium. cap. 6. p. 336.* qui ibidem notat, hodierno usu, in  
poenis



poenis fanciendis, tam in Aula Cæsarea, quam Camera, septuaginta duos aureos, secundum Justinianum libram, conficere. Ren. Budel. *de re num. lib. 1. cap. 14. p. 111.* Verum cum varii dentur aurei, de quibus Interpp. exaudiendi sint, moveri posset quæstio? Nos de Ungaricis cum Wesenbec. *ad ff. de donat. Schneidew. ad Instit. §. 2. d. t. Moller. lib. 1. semest. cap. 37. num. 2. p. m. 95. arg. der Churfürstl. Sächs. Lands-Ordnung P. 2. C. 42.* accipimus. Hic loci quamvis numismatis speciem continet.

§. 15. Ultima legis verba sunt: *Ilicò omni dilatione sum-  
mota, flammæ exustionibus mancipetur.* h. e. Quod præce-  
denti lege prima refertur, omni rescissâ appellatione ad τὸ  
κρίνον habentem, regulariter enim appellare licet, *l. §  
in majoribus. ff. de appellat. l. quoniam. ad L. Jul. de vi.* igni tra-  
datur & comburatur. Colophonis loco ad consideratio-  
nem lexicam noto, corpus Glossatum, in subscriptione, pro  
Constantio, legere Constantino Cæsare; at si Chronologos,  
quò brevitatis studio me remitto, perlustramus, lectio illa  
haut erit toleranda. Num autem pro 316. rectius legatur  
326. litem non facio meam, prior sententia communior est,  
& à plerisque recipitur, ideò, quòd fasti Consulares eadem  
propius accedant, qui ad annum 316. Constantium A. IV.  
Consul. ad 326. Anicium Paulinum, excluso Constantio,  
cum Cejonio Juliano Camœnio referunt. Hæc de consi-  
deratione Lexico textuali, transitum facio ad Juridicam, &  
sic Membrum hujus Dissertationis secundum, cujus Caput  
I. Objectum Legis. II. Formam. III. Finem. IV. Cau-  
sam efficientem. V. Modos delinquendi & poenas  
proponet.



MEM-





## MEMBRUM II.

Continens Considerationem Juridicam,  
seu Interna & Rem ipsam.

### CAPUT I.

#### *De Objecto, ejus Definitione & Genere.*

##### §. I.

**O**bjectum L. nostræ est Nummus, cujus Definitionem nominalem, cum præcedentis Membri Cap. 2. §. 6. exhibeat, realem hic subicere placeat, h. m. *Nummus est materia, cujus æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subvenit, & legitimo pondere, specie probâ ac formâ perpetuâ constat, & ab eo, qui penes se τὸ Κόσμον seu Majestatem summam habet, cuditur.*

§. 2. Dicendum ante omnia esset de Inventore Nummi, nisi prolixitas vetaret, præprimis cum ea res, multis adhuc tenebris obvoluta ad Cathedram Juridicam propriè non pertineat. Interim tene, plurimos velle Tharem Abrahami Patrem primam fabricasse monetam, quo de vide *Dissert. Nobil. Zigleri de jure moneta. §. 4. An. 668. Mudæus ad l. 1. §. est autem. ff. de contrah. emt. originem ex jure gentium accersit, vel ideò, quia pleræquè omnes ejus habent usum, quemadmodum & Gratianus jus Gentium definivit id, quò omnes ferè gentes utantur, quod haud placet Hugoni de Roy, lib. 1. de eo quod justum est. tit. 7. n. 2. Dicerem ego, nummum jurisgentium, non inventionem quidem, sed imitationem tantum & usu, quod sc. gens gentem imitata, cum commoditatem maximam videret in commerciis, eundem apud se recepit. Sic enim & illud jurisgentium facimus, quòd*



quod successivè placere omnibus visum est, atqve id totius orbis decretum & concilium fuisse existimatur. *Alber. Gentil. de jur. bell. lib. 1. c. 1. junge dicta memb. præc.*

§. 3. Genus in definitione constitui materiam, ubi nota, non ex quavis materia, stanno, ferro, plumbo, corio, cortice, papyro confici, sed ex tali quæ per se minimè aut difficulter saltem flectitur, & hoc est, quod *Jctus l. 1. ff. de contr. emt.* dicit, *electam esse materiam, cujus publica ac perpetua æstimatio, difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis subveniret.* Etenim, si materia nummi prorsus decidua aut inutilis esset, nemo pro rebus suis eam acciperet, abrogata quippe pretii lege, nihil ipsis reliquum esset, itaqve facile circumferri, condi, liquari, cogi, duci, cudi, figurari, versariqve tandem durare in his omnibus minimo suo detrimento possit. Hocqve dum præstent metalla, à *Salviano Episcopo Massiliensi exinde immortalia dicta*, idonea illa cœperunt haberi, ex quibus conficeretur nummus, & cum unum altero præstet, & raritate & virtute, ex omnibus aurum, argentum & æs, selecta fuere, inter quæ tamen alterum altero præstantius habetur, canente *Ovidio*:

*Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est,  
Victaqve concessit, prisca moneta nova.*

§. 4. Constitui materiam Nummorum triplicem, Aurum, Argentum, Æs, *Verum enim verò, cum Natura, in utero terræ, duo & plura ad invicem mixta progignat metalla, & homines edocti misturam adhibere soleant, quæstionem meritò movemus.* An mistura in re nummaria probari debeat? *Ad cuius decisionem antequam me confero, videndum;* An aurum & argentum ad summam bonitatem & numeris omnibus absolutam puritatem, excoqui possit, & in quibus illa consistat. *Quoad hanc, aliorum in re obscurissimâ potius judicia proferam, quam meam sententiam interponam.* Refert ergò *Carol: Molin. Tract. de usur quæst. 203. n. 778. pag. 993. hunc in*



*modum*, summitas bonitatis in auro est ad viginti quatuor gradus, qui *Ceratia* vulgo *Caracta* peculiari & apta dialecto vocantur: Et sic graduum bonitatis auri habitudo ad argentum dupla est, in quo duodecim tantum gradus numerantur, quos Monetales denarios vocant, cujus differentiae ratio est, non solum major pretiositas auri, *quod tantò minutius dividitur & parcius tractatur*, sed etiam natura & proprietas auri, *tum*, quod latius diducitur & in numerosiores partes spargitur, *tum*, quod purius excoquitur, & purius ab omni extranea macula repurgatur, quam argentum: Et sic ea differentia & habitudo quam non levi, sed gravi solidaq; ratione metiti sunt, *ἀργυροκόμοι* veteres, diligenter retinenda est, non solum ratione vetustatis & consuetudinis autoritate, sed etiam, ne termini, quos singulae artes peculiare habent, confundantur. *Summa igitur & absolutissima bonitas, & ut specialius & pressius dicam, puritas, & probitas auri, seu culmen & ἀκμή, est in viginti quatuor* **CARACTIS**: *Argenti verò, est in duodecim denariis.* Rursus singula *Caracta* auri puri, & pariter, singuli argenti puri denarii, in 24. grana partiuntur, & porrò singula **GRANA** subdividunt in 24. partes, quas vulgò vocant, *Charobas*, & has iterum per 24. minutissima secant, quæ referre cuncta operæ pretium haut duco, quia ut nimis prolixum, ita minimè necessarium, Monetales etiam, vulgò non solent uti his minutiis partium in *Caractis* auri, sed simplicibus nominibus quotæ, puta, quarta, octava, aut alia quota parte *Caracti*, & hæc de puritate Auri Argentine.

§. 5. Subsequitur illa, sc. excoctio, de qua multi differunt, quod à nullo artifice obtineri possit, inde summam auri puritatem subsistere in 23. *caractis* & 9. granis, *ita, ut 3. grana sint area vel argentea*, putant, simili modo summam argenti puritatem in 11. denariis & 18. granis consistere volunt, reliquum esse alterius materiæ, cui opinioni *Guilelmus Budæus, Carolus Molinæus, Didacus Covarruvias, Johannes Bodinus*

*dinus*



*dinus* & complures alii, subscribunt; quam tamen erroneam ostendit vir, in hac re exercitatissimus; Renerus Budelius lib. 1. de monet. c. 9, 10, 11, 12, verb. *Etsi non diffiteamur, in gravioribus ponderibus, forte marcis 10, 16, 20, 30. & ultra, argentum aurumve ad summam illam puritatem granorum 288. difficulter & rarius, vi aquæ valentis, decoqui posse, cum in illis regulariter, facta ad amissim investigatione, non nihil extraneæ adhuc ibidem materiæ, vel etiam trium aut quatuor granorum, ut experientia erudimur, resideat, neq; proficuum est, semper magna pondera ad istam simplicitatem reducere, propter multa inde evenientia incommoda; attamen hinc inferre velle, in massulis leviusculis, ex necessitate, similem semper aliquam portiunculam abundantis metalli inesse & immorari, puro nos auro & argento destitui, nunquam dederò nec concessero; Sicut alibi, à se ipso tale aurum & argentum, non unis vicibus confectum & omni heterogeneo purgatum fuisse, testatur.*

§. 6. His præmissis; ad propositæ quæstionis enodationem progredior, ubi varias variorum opiniones offendo. Quidam, ex purissimo & simplicissimo metallo auro vel argento, nummos conficiendos contendunt, ut hac ratione infinitis fraudibus & imposturis, quibus res monetaria exposita est, obviam procedatur: Alii, quorum iudicio & praxis & consuetudo subscribit, misturam metallorum & necessariam esse quandoq; & communi bono magis proficuum, tum, quod aurum purum propter mollitiem, diuturniorem contrectationem & usum ferre nequeat. tum, quod quarundam mercium vilitas id svadeat, quia portiuncula, argenti puri, qua vendi deberet e. g. *libra panis*, propter exiguitatem suam palpari & manu versari vix possit, adde Nic. Oresm. de mut. monet. cap. 3. & his accedimus, affirmando quæstionem, statuentes, mixturam metallorum in moneta, ex se nihil detrahère incolumitati Reipubl. & commodis civium, nisi quod majora faciat nummorum corpora, ubi tamen notandum in arte



monetaria, non ponderis ad pondus, tantum faciendam esse comparationem, aut molis ad molem, sed etiam auri ad aurum, argenti ad argentum, secundum Symmetriam & proportionem, quam ad invicem habent in auro, aut argento puro, & auro & argento mixto, v. g. ex una marca argenti puri, quod est 12. denariorum, conficiuntur novem Imperiales, quod si quis alter habeat argenti marcā, quatuor tantum denariorum, ille quidem marcā habet, sed non talem, ex qua conficere possit novem Imperiales, cum tres tantum inde cudi possint, in pondere tamen tantundem habet quantum prior ille, ut igitur tantundem etiam argenti habeat, necesse est ut marcas tres possideat ejus argenti, quod est 4. denariorum & hinc in tribus istis marcis, unam argenti, reliquas duas æris.

§. 7. Nec est, ut opinioni huic inhærentes vereamur, in mixtura fraudem committi, quia hodiè in omnibus benè constitutis Rebus publicis ac civitatibus, saluberrimis constitutionibus, certæ mensuræ & modi quousq; mixtio ea permittenda, præscripti sint, quos monetarii exactè observare tenentur, nisi suppliciiis velint subjici cum ipsis Magistratibus; R. I. Spiræ A. 1689. die 11. Decembr. Ord. Crim. Carol. V. c. 111. Rubr. *Straff der Münzfälscher circa finem.* Sciendum autem, Monetariis, in metallorum conjunctione, Ligæ & Pedis voculas, proprias esse, quas sic definit, Magnif. Ziglerus. Pes est meta in cudendis nummis lege publica præscripta & definita, cujus sc. bonitatis debeat esse metallum, & quot inde confici debeant nummi, *hanc Ordines & Status Imperii consideratè Anno 1559. ediderunt.* Ligam dico materiæ metallaris qualitatem intensam, sive habitudinem quandam additamenti & nuclei. Additamentum in liga est vilius metallum nobiliori additum. Nucleus verò metallum ipsum nobilius. Et hac liga & pede per publicas sanctiones præscripto, si contineantur, operæ monetariorum, damnum Resp. sentit nullum.

§. 8. Hæc



§. 8. Hæc de materia nummi, quoad probam speciem, dicta sufficient, restat nunc pondus, *quod itidem materia inest*, perpendamus, unde Fabianus de Mont. S. Sabin. *Tr. de Emt. Vend. quest. princip. 5. Incip. sequitur, num. 2. & 6. p. 154.* notat, pecuniam justam & legalem, in se continere debere, duplicem justitiam, materiei sc. & ponderis, Mascard. *de probat. concl. 1969. num. 7. fol. 317. vol. 1. Marci Quest. Parlam. Delphinalis. 87. n. 8. fol. 82. idem voluit, Constantinus, l. 1. C. de vet. numism. potest. in verb. debiti ponderis sint & probæ speciei.* Quocirca Ponderatores, quos Græci *ζυγοστάτας* h. e. libri pendes ponderibus præfectos, appellant, per singulas Civitates ordinati, qui pro sua fide atqve industriâ, ne quis fallat nec fallatur, solidorum dubitationem & contentionem dirimant, *l. fin. C. de ponderat. lib. 10. Decian. Tract. Crim. lib. 7. c. 23. incip. atrocissimum, n. 3. fol. 201.* quo pondere observato, nil refert, cujus formæ aut magnitudinis mensuram nummus adquirit, nec enim qui majori habitu faciei extendi solet, majoris est pretii, aut qui angustiore expressione concluditur, minoris haberi credendus est, cum pondus ejusdem existat *l. un. C. Theod. si quis solid. circ. exter. incid. Reliqua definitionis membra capita seqq. exhibebunt.*

## CAP. II.

### *De Nummi Formâ Essentiali & Accidentali.*

#### §. 1.

Formam essentialem nummorum, *in quantitate consistere*, nemo inficias ibit, nec tamen ullus de quantitate Philosophorum, quæ ipsorum cathedræ relinquitur, sed de Juristarum propria, hic erit sermo: Quid autem ipsis quantitas sit & significet, disceptant Doctores, nos non impositivam illam, sed istam, *quam ex jure Gentium habet, quæq; aliàs aestimandi, metiendiq; vis dicitur*, Joh. Robert. *l. 3. Sent. c. 6. & ex quâ res aliæ aestimationem recipiunt,*





intelligimus, unde tralatitium illud: Nummus omnia æsti-  
 mat, seipsum verò minus, inde Aristotel. *Eth. 5. c. 5.* διὸ πάν-  
 τα συμβλήσθαι ἴσως εἶναι ὧν ἐστὶν ἀλλαγὴ, ἐφ' ὃ τὸ νόμισμα ἐλήλυθε  
 καὶ γίνεταί πως μέσον πάντα γὰρ μετρεῖ ὡς καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἑλ-  
 λειψιν h. e. propterea res omnes, quarum commutationem iniri  
 expedit, invicem inter se collatas & æstimatas esse oportet: quam-  
 obrem in usum prodiit nummus, in hoc nempe institutus, ut re-  
 rum omnium veluti medium quoddam, constitueret. Sic enim  
 omnia metitur, & quæ pretio excedunt & quæ deficiunt. Num-  
 mi igitur materialis, qualitas, bonitasq; naturalis facit cau-  
 sã est, propter quam ille cum mercium bonitate compa-  
 ratur, & ita ratione bonitatis materialis, mensuræ dimeti-  
 entis tenet locum, ex quibus locus ille Ulpiani *l. 15. §. 3. ff. de  
 re jud.* perquam facilis intellectu redditur, *Nov. 53. c. 4.*

§. 2. Accidentalem Formam, (ad hanc referri posset et-  
 iam rotunditas, quæ in Imperio nostro, licet alibi etiam qua-  
 drati nummi dentur, ob commoditatem & minus periculum  
 à circumcissionibus arrosionibusq; recepta, unde semper fit  
 mentio deß **Circfels.** *Ed. Mon. §. 10. & fin.*) quod attinet, con-  
 sistit ea, partim in valore impositio, partim in Characterẽ.  
 Ille quantitativos terminos determinat & pretium designat,  
 quod ipsum in jure nostro modò *quantitatis. l. 49. §. 1. ff. de solut.  
 l. 67. §. 1. ff. de V. O. modò pretii l. 9. de aur. & arg. leg. potestatis  
 modò l. 3. ff. de eo quod cert. loc. effertur elogio.* & ut justus sit, se-  
 cundum Paul. Laymann *theol. nat. l. 3. tr. 3. part. 1. c. 5. num. 2.*  
 & 3. ad materiam ejusq; nobilitatem & raritatem, nec non  
 aliarum gentium usum, respiciendum erit. Nec procedit,  
 si fingatur forma nummi, nulli impressa materiæ, ab eaq; se-  
 parata, sed consideranda ea est, ut jus perpendit Gentium,  
 una cum materia, cui ea accedit, & cujus nobilitate in rebus  
 aliis æstimandis utitur.

§. 3. Qua ex re, ut justa nummi in metallis habeatur æ-  
 stimatio, quousq; præstantiæ termini, in unoquoq; metallo  
 respe-



respectu alterius se extendant, attendendum erit; Sic tradunt Marcam auri, duodecim marcis argenti, commutari, proportione duodecupla, Weichb. Art. 13. circa medium, verb. Nun höret wie der König die Pfalz machte: Er nam 28. Mianne (unter welchen die drey Lehen Fürsten / so an des Reichs Ehre seyn: Der oberste Bönigt von dem Gotteshause zu Magdeburg / das ist der Burggraff zu Magdeburg ic.) so gibt man den Bieren / vier guldene Marck / der soll igliche Marck 12. silberne Marck werth sein. Petr. Gregor. Tholos. lib. 36. Syntagm. Jur. Univ. cap. 2. num. 12. ubi scribit, *communè aestimatione aurum habere duodecies quantum argentum.* Carol. Molin. Tr. de Usur. n. 779. in verbis: Valet libra auri, paulò minus duodecim libras argenti, & jam multis annis hæc proportio perseveravit: Ita ut, aucta vel minuta auri aestimatione, eadem circiter proportione aestimatio argenti augeatur, vel minuatur. Hostus Tr. de re numaria lib. 2. c. 8. n. 4. his accedens, notat, *Argentum ad Aurum δωδεκάσιον h. e. proportionem argenti ad aurum esse duodecuplam.* Limita, nisi pro modo mixtionis fortè mutetur, Renerus Budelius de re num. lib. 1. cap. 23. n. 12. pag. 111. dicit, *undecim marcas, & ferè quartam unius marcke argenti partem, proportionem eandem, cum una marcâ auri puri puti sortiri.* Hæc tamen proportio aestimationis, non eadem semper fuit, Constantini M. tempore, proportio auri ad argentum, propè quindecupla extitit, argenti verò cum ære comparati, centupla h. e. argenti una libra valuit centum libras æris, & auri libra una, argenti libras 14. ac propè dimidiam, l. un C. de collat. ar. Dd. ad l. 5. C. de susceptor. ; aliquando una libra auri 14. libris argenti, aliquando tredecim, duodecim, undecim & decem aestimata reperitur, exponente Ant. Augustin. lib. 2. emendat. c. 9. Gvid. Panciroll. thesaur. variar. lect. lib. 1. c. 66. Jacob. Gothofr. dissert. de mutat. & augm. monet. aur. rationem ex raritate auri vel argenti capias, quem in finem Molinaus testatur, se



se ex Regestis monetalibus didicisse, in Regno Galliaë, olim, adeò interdum raritate argenti evuluisse aurum, ut non valeret, nisi octo marcas argenti, quandoq; adeò rarum factum, ut valeret sexdecim argenti libras, quam extremam mutationem, non solere aliàs accidere, nisi quando Principes cauponatione rei monetalis abutuntur.

§. 4. Character, qui accidentalis formæ pars est, gaudet aliàs titulo effigei, notæ, formæ publicæ, inscriptionis, vulgò: **der Schlag / das Gebreg / die Überschrift / unde Christus Phariseorum, Discipulos & Herodianos percontatur: Τὴν ἑπιγραφὴν αὐτῆς καὶ τὴν ἐμπεραφήν, Matth. cap. 22. vers. 20.** definitur, *signum publicum, quod plerumq; continet auctoris epigraphen, effigiem, insignia vel quodvis aliud Symbolum, ut publica auctoritate fides determinati ponderis, ac valoris, una cum materia justitia, exinde pateat.* Sic Romam, caput mundi, nummis, modò sui ipsius formam, modò caput galeatum, modò capricornum, modò Martem, modò Venerem, modò Neptunum, modò Eqvos, modò currus triumphales, modò Bovem unde proverbium. *Bos lingua*, superaddidisse, indicio est historia. Quoad signa numismatibus nostri Romani Imperii imponenda, consulas edictum monetale, An. 1559. § **Wie aber:** verb. **Und soll nemlich in den obgemeldten Sorten / von grössern bis auf den geringsten Kreuzer / dieselbigen mit einzuschliessen / auf der einen Seiten / unser und des Reichs Kaiserlicher Adler mit zweyen Köpffen und der Reichs Apfel / in der Adlers Brust / und in denselbigen allewege die Ziffer / wie viel Kreuzer dasselbe Stuck gelde / darnach sich ein ieder zu achten und zu richten / und daß der gemeine Mann dadurch nicht betrogen werde / mit der Überschrift: FERDINANDI IMP. AUG. P. F. DECRETO.** Auf der andern Seiten aber / des Münz: Herrns und Standes Wappen / mit samt seiner gewöhnlichen Umschrift und Jahrzahl / wo die am füglichsten zu stellen: **Quan-**



Quamquam hodierno tempore, non pauca obviam veniant numismata, quæ nullâ in parte, prædicta S. S. Rom. Imp. insignia præ se ferunt, sed ex una parte Principis effigies cum nomine, ex altera ejusdem insignia cum temporis determinatione, scitè præ eminent, *Obiter quæro quid juris si character deletus fuerit in nummis? & resp. eosdem ex materia tantum aestimari & pretiositatem amittere.*

§. 5. Observandum prætereà, olim pecuniam de publico, hoc est publicis sumptibus, cusam, inde ejus valor, tantus fuit in massâ, quantum in pecuniâ, seu massâ signatâ, *l. 1. ibiq. Dd. ff. de contr. emt. Bart. l. 1. n. 1. ff. de argento & auro leg. Fabian. de Monte S. Sabini d. Tr. de emt. vend. quest. princip. 5. num. 2. vers. Tantam adfert utilitatem in materia, quantum in forma & viceversa, Jacob. Thoming. dec. 19. num. 8. p. m. 237. Franc. Marci Quest. Parlam. Delphin. 261. Incip. quaritur de modo, num. 3. vers. expensa cudendi monetam debet fieri ex publico.* quo pertinet Reichs-Abschied zu Spener 11. 10br. Anno 1570. §. Als denn auch die Münz-Gerechtigkeit ic. *in verbis: Als die Münz-Gerechtigkeit / keine Merkankzen / sondern unser Kaiserlich Rega', so die Münz-Stände aus unserm sondern Vertrauen nicht zu ihren selbst-gesuchten Vortheil / sondern wie wir selbst / dem heiligen Reich zu Ehren und Wohlfarth brauchen sollen: Demnach billig / wer solch unser Regal untreulich mißbraucht / daß er sich dessen selbst dadurch unwürdig machet und entsetzet / derohalben wollen wir nachmahls allen und jeden / so Münz-Gerechtigkeit haben / hiermit ernstlich geboten haben / ihre Münzen / durch keine Wege andern zu verkauffen oder daher Eigen Nutzen zu gewarten / ic.*

§. 6. Hodie, *aliud licet optet Franciscus Balduinus, in Constantin. pag. 125. expensa cudendi detrahitur, & ipsa massa tanti valoris non est, quanti pecunia, R. I. zu Augspurg / 24. Febr. Anno 1551. §. So haben wir uns / ic. vers. Vorbehältlich*

D

lich



lich in den ſwenigern Münz: Sorten / des gebührlichen Münz: Kostens / *ic. Joh. Petr. de Ferrariis in Pract. aureâ, Form. Libell. In Actione hypothecaria, verb. relaxandum, num. 3. Matth. Coler. de Proc. Exec. part. 1. c. 10. n. 10. ubi notat; quod hæc sit communis opinio & quotidiano usu ita practicetur. Didac. Covarruv. de vet. numism. collatione c. 7. n. 5. scribens, Consuetudinem jam diu toto in orbe Christiano recepisse, quod Princeps, non propriis expensis nummos percutiat, adeoq; ultra ipsius materiæ æstimationem, pretio nonnihil adjiciatur, nec sine ratione, quod officium suum nemini debeat esse damnosum. l. 7. ff. testam. quemadm. aper. l. 29. l. 33. ff. ex quibus caus. maj. l. 10. C. de testib. l. 26. C. de administ. tut.*

§. 6. Dixi formam essentialem nummi constitvere materiam, quæ vulgò dicitur bonitas ejusdem intrinseca, Schrot und Korn / das Gewicht und Gehalt / accidentalem valorem imposititium seu æstimationem, & hæc bonitas extrinseca audit, Churfürstl. Sächs. Landes: Ordnung / P. 2. Const. 28. in verbis. Dader Valor und der Werth / und also bonitas extrinseca verändert / *ic. item vers. Also auch / wenn Schrot und Korn / und also bonitas intrinseca, an der Münz verändert / ic. Bart. l. 3. ff. de Reb. Cred. Andr. Knichen Commentar. in jus Sax. c. 5. Rubr. de Regalibus. Budelius d. tr. lib. 1. c. 7. n. 3. 4. 9. ubi hanc sententiam nobiliorem & æquiore, artisq; præceptis viciniorem & propinquiore, scribit, cui subscribit Covarruvias, notando, secundum communem loqvendi, usum bonitatem pecuniæ intrinsecam, dici substantiam ipsam metallorum, tam in bonitate quam in quantitate seu pondere, bonitatem verò extrinsecam valorem imposititium appellari, Dn. Ernestus Cothmann. Consil. 36. Incip. Questio. num. 11. 12. Jam dubium oriri possit, Monetæ bonitate intrinsecâ, in materiâ ipsâ, quam præsuppono, consistente immutata: Utrum bonitas quæ tempore contractus seu constitutæ obligationis fuerit, an quæ tempore solutio*

lucio



lutionis reperiatuꝛ pꝛæstetur ? & in hoc dubio, bonitatem contractus tempore quæ fuit, considerandam & exsolvendam puto, ob rationes seqq. (1) per *c. cum Canonicis. 26. de Censibus*, ibi notatur, Creditores Canonicos, solutione prioris pecuniæ, vel si non sit in usu (*h. e. usu amplius non recepta vel plane interierit,*) æstimatione pecuniæ antiqvæ, debere esse contentos. adde *cap. 20. eod. c. 18. de jurejur. l. 11. §. 17. ff. de leg. 3.* (2) à vi subrogationis, quo argumento utitur Gail. *Lib. 2. obs. 73. vers. nam nova. pag. 436.* (3) ab autoritate Præxios Cameræ quippe Joachim. Mynsing. *Centur. 4. observ. Cam. 1. Incip. quod valor. n. 6. pag. 263.* præjudicium Dominorum in **Creußnach**: contra Wirichium Comitem de **Falkenstein**/refert: *Cum enim relitio quorundam pagorum deberet fieri, Florentinis aureis, mit Florenzer Gulden/ nec hi, amplius reperirentur, pro quolibet Florentino aureo, in Camerali judicio, 25. Batzii fuerunt taxati: respectu nim., ad intrinsecam horum aureorum bonitatem, quæ tempore contractus fuerit, habito.* (4) à suffragio Constitutionis Electoralis Saxonice Provincialis, *P. 2. Const. 28. verb. Wenn Schrot und Korn und also bonitas intrinseca, an der Münz verändert / so soll die Bezahlung derer Münz / die tempore contractus ganghaftig gewesen: Oder/ da man die nicht haben kan/ nach derselbigen Werth und Æstimation geschehen.* Cui accedit *l. 56. §. 1. de V. O. §. l. 69. ff. de solut. Ludwell. ad Instit. p. m. 385. n. 5.* (5) ab Autoritate interpretum Juris, sic enim statuunt, *Pileus Modicensis quest. aurea. 35. pag. 291.* Autor Consultation. Saxon. *lib. 1. part. 1. Cas. 16. n. 1.* Borgninus Cavalcanus *decis. Fivizanensi. 62. n. 42. fol. 109.* Fernandus Vasquius. *controv. illustris. lib. 1. c. 2. n. 7. pag. 60.* Andr. Fachineus *lib. 2. controuv. jur. c. 10.* aliique innumeri. Dictis non obstat, (1) *l. 2. §. 1. ff. de R. C.* Resp enim, regula illa restringitur, si species debita amplius non extet. *l. 14. §. fin. ff. de leg. 3. l. 23. ff. de V. O.* (2) Autoritas quorundam Interpp. Juris. Joh. Faber. *in pr. Inst. quibus*



*mod. tollit. Oblig. Auth. Hoc nisi. C. de Solut. Matth. Coler. de Proc. Exec. Part. 1. c. 10. n. 13. fol. 284. Resp. communem opinionem in contrarium militare, liquet ex alleg. autoribus præced. §.*

§. 7. Ex prolatis, de tempore contractus mutata bonitate Monetæ intrinsecâ, infero, Quod in testamentis valor monetæ tempore dispositionis currens, non qui tum est, cum ipsa solvi debet, sit attendendus, Bart. l. pen. §. 3. ff. solut. matr. Ant. Gabriel. Roman. Lib. 3. Commun. Reg. Tit. de solution. concl. 4. num. 1. Eman. Soarez. à Ribeira in thes. sentent. lit. M. n. 204. Arius Pinell. ad Rubr. part. 1. c. 3. n. 22. 23. C. de Rescind. vendit. qui rationem subjungit, quod verisimilius sit, testatorem verba sua intelligere, juxta id, quod tunc videbat, nec mutationem nummorum futuro tempore divinare vel voluisse vel potuisse, Frider. Pruckmann. conf. 12. n. 4. vol. 2. nisi Testator post testamentum conditum, in vivis diu existat & nummi variantur, tunc enim valor tempore mortis, sive publicatæ testamenti receptus, inspicitur. Gabriel. concl. 4. n. 2. Ad consimilem modum infero, quod si sententiâ prolatâ, ejus executio differatur, & interim mutatio nummorum contingat, in executione, tempus sententiæ, attendi debeat. l. 41. §. 7. ff. de leg. 3. Matth. de Afflictis Decis. Neapolit. 194. n. 2. Verum enimverò, erit ne quoad augmentum vel diminutionem nummorum circa intrinsecam bonitatem, inter muti contractum & alia συναλλάγματα v. g. Depositi, Emptionis Venditionis, Locationum, annuarum præstationum, dotis, &c. aliqua differentia? Nego cum Adriano Gylmanno *Rerum Camera judicatarum lib. 2. Dec. 16. n. 17. fol. 102.* Matth. de Affl. d. dec. n. 3. *Limita*, si morâ & culpâ debitoris, rei, notoriâ & proæreticâ, executio sit protracta; tùm enim momentũ executionis attenditur, quia mora est delictum, l. 9. ff. solut. matr. l. 44. ff. Mandat. & debitor morosus superveniente casu, de casu tenetur: l. quod te, ff. de R. C. l. 23. ff. de V. O.

CAP. III.



CAP. III.

*De Fine.*

§. I.

**F**inis nummorum est, ut esset instrumentum, per quod commercia in societate hominum necessaria, faciliore methodo perfici possent. Antiquitus quidem simplicissimum, inter homines, commercium erat: Permutatio; (etenim dum Vinum tibi deest, cujus copia ego abundo, contra verò frumentum mihi deficit, quo tu affluis, facile hinc inter nos convenire possumus, ut permutatione vini & frumenti, alter alterius indigentiae subveniat,) nec tunc, ut ex l. 1. ff. de contrah. emt. clarescit, erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur, sed unusquisque secundum necessitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilia permutabat, quando plerumque evenit, ut quod alteri superest, alteri desit, & hæc permutatio primis istis temporibus, sufficiens videbatur humano generi, cum in tam magna terræ amplitudine, & rerum undique existentium abundantia, unusquisque sibi facile comparare tantum potuerit, ut inde permutandi & diversi generis res, sibi aliunde porrò comparandi materiam haberet; Postquam verò genus humanum, in tantum excresceret, ut difficulter expisceretur is, cui superesset id, quod nos desideraremus, & qui contra indigeret ejus, cujus abundantia nos onerabamur, imò inidoneum & ferè impossibile esset, res circumferre; nec non permutatio ob alterius fortè præstantiam difficilis fieret, contigit, communi quasi populorum consensu, nummum constituere, aptissimum qualiscunque commercii instrumentum, Rebellus d. tr. pag. 614. Quare pergit Iustus Paulus. d. l. sed quia non semper nec facile concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem ego haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cujus publica & perpetua æstimatio, difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret,



eaq; materia formâ publicâ percussa, usum dominiumq;, non tam ex substantia prabet, quam ex quantitate, nec ultra merx utrumquè, sed alterum pretium, vocatur. — Ex his, quis non animadvertit, nummum, ut mensuram, mediante quâ res in commercio humano existentes functionem recipiunt, easdem redigere ad æqvitatem? Non enim societas fuerit, sine rerum & officiorum commutatione, nec commutatio sine æqualitate, nec æqualitas sine communi mensurâ, Francisc. de *Caldas de emt. vendit. c. 18. n. 28.* Res per exemplum clarior erit. Potest fieri ut pistor eodem tempore, non egeat calceis, quando sutor pane, egeat tamen potu, itaq; etiam pistor, non volet panem sutori pro calceis permutare, sed vinitorem potius quæret, ut vinum accipiat, qui ipse tamen vicissim opus non habet pane, & ergò, ut inter sutorem & pistorem fieri possit permutatio, & indigentia sutoris succurratur, inventus est nummus, cujus ope & sutor à pistore sibi panem & hic vicissim à vinitore vinum, & hic porrò ab alio res sibi necessarias comparare valeat, & cum hâc ratione etiam futuræ necessitati per nummum occurrì possit, non malè sponsor futuræ indigentia dicitur. *Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 5.*

§. 2. Cernimus igitur, bono consilio nummum inventum esse, ut, quia ex multis diversis hominum generibus civitas constat, hi non minus inter se, quam aliis civitatibus, opera & officia sua, commutent, quæ per eum, quia maxime diversa sunt ad æqvitalatem aliquam rediguntur, ad nummum enim, quoties non suppetit, quod permutari cum re alia possit, ut ex humana plerumq; contingere solet indigentia, quasi vicarium & subsidium indigentia, recurrimus.

CAP.



*De Causâ Efficiente Nummorum.*

§. I.

**M**Ateriâ Nummorum, horumq; quantitate, & Charactere perspecto, progredimur ad causam eorundem efficientem, quæ estis, penes quem est τὸ κέρειον i. e. Princeps politicè talis, qui in Republica summum habet imperium, sive sit unus ἀειδουῶ l. 31. ff. de LL. sive sit unus, λόγῳ arg. l. 56. ff. de cond. indeb. Ita enim olim penes populum Romanum, in Statu Democratico jus monetarum fuisse, testantur leges numariæ, quarum l. 8. antiq. p. 2. c. 10. mentionem facit Rosinus, omni verò, successu temporis, potestate, per legem Regiam §. 6. Inst. de J. N. G. & Civ. l. 24. ff. de Manumiss. in Augustum, translata, id ipsum ad hunc ejusvè successores transiisse statuo, & hinc factum ut Imperatores, cura monetæ sibi reservata, arg. Nov. 52. Leon. l. 1. C. de vet. num. pot. l. 2. C. de fals. mont. R. J. An. 1576. §. Dadurch ibi Kaiserliche Hoheit/eam inter Regalia retulerint. F. 2. tit. 52. Eodem tamen beneficio hodiernum gaudent Status Imperii, Proceres, Electores, Principes, Comites, Civitates Imperiales & Nobiles Immediati, srene Reichs-Adel / partim jure privilegii, partim jure superioritatis, cum Status Monarchicus Aristocratici omnimodò non sit expers; partim jure præscriptionis, probante Aurea Bulla tit. 10. Ordinatione Camerali Anno 1524. §. Dergleichen / Anno 561. §. So haben wir / 559. §. Wo aber jemandes / 570. §. Alsdenn auch / Rec. Imperii 570. §. Wenn aber / Fridericus III. Reform. Mogunt. 1441. Capitul. Leopoldi l. art. 34.

§. 2. Dixi jus monetæ adq̄viri posse, ab inferioribus, concessione & præscriptione, modò nec materia, nec pondere, sed solo caractere differat, moneta, quam inferior cudit, à superioris, Tholos. Syntagm. jur. lib. 36. c. 2. n. 25. pro-

ut



ut privilegia ejusmodi, sub conditione hac, conceduntur, ut probant, verba privilegii Magdeburgensibus concessi, h. m. Doch sollen alle guldene und silberne Münze / die sie / wie obstehet / schlagen und münzen lassen / von Strich / Nadel / Korn / Schrot / Gran / Gehalt / Werth und Gewicht / obgemeldter unserer und des Heiligen Römischen Reichs / neugemachter Münz-Ordnung / gemäß und nicht geringer ; Auch wo wir und unsere Nachkommen am Reich / fünfftig über kurz oder lang der guldene und silbernen Münz halber Aenderung und Anordnung fürnehmen / geben und machen wurden / derselben gemeldte Bürger / Meister / Rathmanne und Innungs-Meister / der alten Stadt Magdeburg und ihre Nachkommen / sich alsdenn gemäß und gehorsamlich halten / &c. Quocirca intelligis, potestatem, inferiori monetam cudendi competentem, non esse plenam, sed restrictam & superioris regimini subjectam, & in hoc solo ferè consistere, quod suo nomine signare & characterem imprimere inferiori, pro lubitu liceat, materiam verò non aeq; mutare potest, nisi velit privari suo privilegio, P. H. D. Carol. V. cap. 111. Rubr. Straff der Münzfälscher. R. I. Spirensis 11. Octobr. §. Da aber iemand ander Gestalt / licet enim excusare velint factum istud, hoc argumento, quod inter subditos tantum suos nummos materia vacillantes, in commercio esse velint, nec inde praedudicium exteris nascatur, fallunt tamen & falluntur, quia non inter cives tantum, sed & cum exteris multò cum emolumento commercia frequentantur, quae insigniter impediuntur, nisi nummus justus & utriq; communis, sub manibus versetur.

§. 3. Verum enim verò, quid juris circa nummos, extraneorum Principum, v. c. Sveciae Galliae &c. notum enim est horum numismata, ex se quae talibus, nullum extra territorium ipsorum, invenire aestimationem, & commercia tamen, cum vicinis & aliis etiam longius dissitis populis, jungenda esse; Respon-



sponde, recipi eos, & quasi indigenatus jure donari, sub hâc tamen conditione atq; lege, ut, si nummis patriis pondere & qualitate non sint pares, valori eorum, vel addatur tantum vel detrahatur, quantum postulat, vel excessus, vel defectus, quo facto, approbatio nummi peregrini, idem, quod percussio proprii præstat, ne scilicet subditi solutionem in ejusmodi monetâ oblatam recusare possint, *nisi aliud obstiterit*, imò, etiam ad pœnam trahi valeant, qui extraneam monetam adprobatam radunt, aut alio quovis modo falsificant. Inde cum tantæ autoritatis experiamur peregrinos nummos, non minoris debent esse patrii; *sed si debiti ponderis sint & justæ speciei l. 1. C. de vet. numism. potest.* meritò retinendi sunt, quod hac ratione impedimenta in commerciis aliàs oriunda, removeantur, ritè ergò & sapienter experientiâ edoctus, idem voluit *Leo. Imp. Nov. 52.* quamobrem hæc in verba, quæ ut adponantur, digna censui, erumpit. *Si pecuniarum nervi sufficiens, & copiosa illarum materia est, Remq; publicam pecuniarum vis stabilit, rectè profectò veteres defectum, velut morbum quendam ac tabem, inde profugarunt, dum omne genus numismatis, etsi ad veteres & præscos Principes referretur, similiter valere voluerunt. Verum egregium institutum, haut scio, qua de causâ posteriores Principes in eadem formâ consistere non permiserint, ac tanquam subditorum opulentia inviderent, quæ numismata superiorum Principum effigiem ferrent, iis publico usu interdixerint, sua verò sola in commercio esse voluerint. Nec illi, quantum hinc in negotiis communibus novitatis, quantum idem detrimenti, quod cum ad omnes, tum præcipuè ad pauperiores potiusq; auxilio & defensione indigentes pertineat, existeret, intelligere noluerunt. Certè mercatorum vulgus, quicq; alioquin manibus victum quaritant, & demum universa rusticorum natio, dum antiquatâ eâ, quâ hætenus usi sunt pecuniâ, aliò modò res necessarias sibi parare non possunt, in perquam angustas adiguntur angustias.* Ea propter, nos, novo recentiorum

E

placito



placito non adquiescentes, veterum autem providentiam sequentes, sancimus, ut secundum benignum illorum, reiꝰ publica commodissimum iudicium, numismatis omne genus (quod quidem formam materiamꝰ non adulteratam & plenum pondus habeat) sive vetustioris cujusciam Principis sive recentioris sit, aequaliter & aestimetur, & in Rep. tractetur. Pœna verò eorum qui rebelli animo decretum hoc contempnent, fuerit, ut flagris cadantur, & cunctenus tondeantur, insuperꝰ libras auri tres dependeant. Hactenus Constitutio, cujus sanctio pœnæ delicto licet minus proportionata videatur, eam tamen ante Leonis & post ejusdem mortem multi foverunt, quod testatur, l. 3. C. de vet. num. pot. l. 1. eod. Matthæus de Afflict. in Const. Neapolit. rubr. 39. testatur, Burgundionum lex, testatur, Edictum Caroli Magni, capitul. Caroli lib. 4. n. 32. aliorumvè.

§. 4. Triplex autem Principis, seu ejus, quem penes est absoluta Majestas, vel cui ex concessione, præscriptione, vel alio ex privilegio competit jus monetæ, quoad hoc statuo officium, primò, ut legitimi ponderis & speciei justæ, cudat nummos, secundò, ut peregrinos non aliter recipiat, nisi ad justum valorem reductos, tertio, ut in bonitate nummos conservet & in depravatores severè animadvertat. Etenim, cum non sufficiat, jus aliquod constituere, id nisi factum retum fervetur, teste Maximiliano in R. I. An. 1570. §. Wenn aber wenig nuhet gute Satzung zu machen/ da keine steiffe Handhabung darben durch die Obrigkeit gebraucht wird. Idcirco Princeps officinarum præprimis der Münz-Stätte (1.) habeat rationem, (2.) monetarios suos ad leges monetarias juramento adstringat, ut hi etiam Dei, aeternæꝰ pœnæ, metu, si aliàs coerceri nequeant, intra limites officii sui contineantur. (3.) Monetis Præfectos certos constituat, qui nummorum materiam, juxta legem publicam compositam, scoria detracta, ponderalibus massulis appendeant, & ad Lydium lapidem examinent, aut si ipsis dubium de metallis resideat  
sepa-



separent, cum hoc ipsum hodiè, ope aquæ, ut dicitur chry-  
sulcæ, quò minus effectui dent, nihil impediatur. *Quomodo*  
*verò est quibus solennitatibus præficiantur, ostendunt, arg. l. 2. C.*  
*de ponderator. An. 1559. Ferdinandi Prob. Ordin. pr. & Edictum,*  
*monetale An. eod. §. Wiesvol nun R. l. An. 1551. §. Neben an-*  
*geregten R. l. An. 1570. §. Darum zu weiterem § An. 94. §.*  
Wir ordnen.

§. 5. Non inconvenienter duplicem, priusquam de officio  
*Principis secundo differam*, quæstionem ventilandam propo-  
no, *Prima sit*, Num Princeps Regale hoc *cutendi nummos* al-  
teri locationis vel venditionis titulo communicare possit?  
*Secunda*, An Princeps pro lubitu reprobationem nummo-  
rum, eorumq; mutationem subire valeat? *Quoad priorem*,  
si recurrimus ad tempora moderna non minus, quam supe-  
riores annos, non possumus non dicere, nunquam bono  
cessisse publico, alienationem, sed propter *αισχροπνευστα* eo-  
rum, quibus exercitium monetandi concessum est, plurima  
semper insecuta esse mala, & inde Negativam ex Edict. mo-  
net. An. 1559. sub Ferdinando promulgato, defendimus, ver-  
ba ita sonant: *Ferner / als sich auch erfinden thut / daß etli-*  
*che / so Münzens-Freyheit erlanget / ihre Berechtigkait*  
*andern verkauffen / verlehnen oder in andere Wege verjôn-*  
*nen und zu stellen / doch daraus nicht geringer schade / dem*  
*gemeinen Nutz eine Zeitlang entstanden / daß die Münzen /*  
*hierdurch in Abfall kommen / so ordnen / setzen und wollen*  
*Wir / daß sich alle Münzgenossen / istgemeldter unziem-*  
*licher Dinge gänzlich enthalten / auch mit den Münz-*  
*Meistern oder iemand anders aufferhalb gebührlicher Bes-*  
*oldung / in keinen Weg pacificiren / oder einig Bedingma-*  
*chen / sondern daß ein ieder Münz-Herr oder Stand / auf*  
*seine selbst eigen Kosten und Verlag / mit Gold / Silber*  
*und allen andern die Münz / so er anders münzen will /*  
*verlegen / zudem unser und des Reichs und seine Münz*



fren / ohne alle Befehrd / aufrichtig halten soll / da aber ier-  
 mand / wie obgemeldt / in einen oder mehr Puncten zuwi-  
 der handeln wurde / der soll alsbald dadurch mit der That  
 in unsere und des Reichs schwere Ungenade verfallen seyn /  
 darneben auch seine Müntz: Freyheit oder Gerechtigkeit  
 verlohren / oder verwürcket haben. *Nec sine rationibus, quas  
 Carpozovius lib. 5. Resp. 18. & Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 32.  
 th. 8. lit. e. adducunt, quò benevolum Lectorem brevitatis ergò, in  
 hac ardua & pluribus odiosa quaestione remitto.*

§. 6. *Quod posteriorem sciendum, quod mutatio & re-  
 probatio nummorum, majori incommodo premar subdi-  
 tos, ac si certam collectam exsolvere cogerentur; nulla quip-  
 pe clades, nulla pestilentia, nec hostes totam terram rapinis incen-  
 diisq; vastantes, magis populo nocent, quam crebra nummorum  
 mutatio. Interim in eà decidenda, affirmant nonnulli abso-  
 lutè, alii limitatè, ita scilicet, ut accedat consensus subditorum.  
 Illi, summitatem Imperii intuentes, verentur, ne de summi-  
 tate quid pereat, si subditorum suffragiis exponatur, ajuntq;  
 subditum obligari, Principis decreta, quocunq; de civili ne-  
 gotio adprobare, nec debere Principem, propterea subditi  
 sui voluntatem explorare, quia valor & aestimatio nummi, à  
 Majestate ortum habeat, eundem ergò illum simili modo à majesta-  
 te prohiberi aut mutari posse, Nicol. Boër. Decis. Burdegalensi 327.  
 p. m. 832. n. 5. Petr. de Belluga in Speculo Principum. Tit. de mo-  
 netæ mutatione fol. 179. Menoch. lib. 2. de Arb. jud. quest. cas. 316.  
 n. 47. fol. 434. Henning. Arniseus de Jure Majestatis lib. 2.  
 c. 7. Rubr. de potest. in rem nummariam n. 5. pag. 432. in verbis:  
*Sicut cetera jura Majestatis consistunt in arbitrio ejus cujus est Ma-  
 jestas; Ita de potestate monetæ quoq; sentiendum est, quam pro vo-  
 luntate sua Princeps mutare potest, modo plenam & absolutam pote-  
 statem habeat, &c.* Verùm, videntur hi, Principē ita informare,  
 ut facilè in Tyrannum degenerare queat, quarè limitatam  
 affirmationem probo sc. posse Principem mutare monetam,  
 si ac-*



si accedat consensus subditorum, qui requirendus, Innoc. 3. cap. quanto 18. in pr. vers. irrequisito assensu populi, ubi Canonista, de jurejur. quo cessante non posse. Facit, quod circa monetæ expositionem, non tantum de Principis, sed & populi detrimento agatur: ergo & hujus assensu approbari debet, Bonif. 8. c. 29. de Reg. Jur. in 6. Ulp. l. 8. vers. cum minuitur jus quorundam, consequens est, exquiri, an consentiant. Idem l. 10. vers. Omnium voluntatem esse sequendam non ambigitur: iniquum enim visum est, voluntatem unius præjudicium aliis facere. ff. de aqu. plu. arcend. Luc. de Penna Rubr. C. de vet. numism. pot. Lib. 11. Tit. 10. Prosp. Farinc. Oper. Crim. part. 5. quæst. 115. n. 54. in fin. fol. 96. ubi magis communiter à Doctoribus receptum scribit, Principem sine consensu populi, monetam, illiusquæ valorem imminuere non posse. Accedit, quod jus quæsitum nemini, idquæ nec à Principe, auferri possit. At auferret utiquæ illi, si faceret per legem monetariam, ut qui centum hodiè in pecunia numerata, cras octoginta tantum, habeat, nummi valore imminuto, aut etiam, ut omnino nihil habeat, nummo hæctenus usitato prorsus prohibito, nec interest, demat Princeps, de ipsis corporibus nummorum sive de eorundem valore, utrobiquæ jus, quod in pecunia æstimatum habet subditus, aufert.

§. 7. Inquis, compensandam esse mutationem monetæ, quoad imminutionem, cum mutatione monetæ, quoad incrementum, cum nimirum nummi, majorem æstimationem ac valorem recipiunt, quam ante habuerunt, & sic detrimentum, quod aliquando ex immutatione contigit, ex commodo incrementi resarciatur. Verum enimverò, dico, nec eo casu quo augetur valor monetæ, opes subditorum incrementum capere, quia crescente monetâ, crescunt merces, arg. l. 2. C. de vet. num. potest. quod sapientissimè perpendit Serenissimus noster Legislato, Johannes Georgius, Saxoniae Dux gloriosissimæ memoriæ, unde, An. 1637. Statibus & Civi-



bus suis in Comitibus Lipsiensibus idem exposuit, *verba sunt haec*: Wir haben Euch auch anzeigen lassen / daß hefftig auf uns gedrungen wird / unsere Münze zu verringern / und uns in eine andere Münz: Ordnung einzulassen / daß wir zuthun nicht bedacht / wo es auch immer darzu käme / daß ihr Euch darein führen liesset / so würdet Ihr Land und Leute in einen solchen Schaden führen / der unüberwundlich were. Denn / wenn die Münze geringert werden sollte / würde mancher / der da auf 1000. fl. verschrieben / dem Werth nach bis in 1200. dafür geben müssen / dagegen doch alle eure Zinse und Einkommen / sonderlich die erblichen geringert. So werdet Ihr auch alle Dinge um geringe Münze theuer erkauften müssen / denn sich der Handelsmann von Stund an nach der Münze richtet; Zudem / so wurde der Handel in diesen Landen sehr abnehmen: Nehme denn die Handthierung ab von frembden Mann / so wurde auch euer Vertreib von Getraidicht / Fischen / Wolle und Vieh abnehmen / und würden alle eure Güter wohl um den vierdten Pfenning fallen. Zudem / wo die Münze geringer gemacht wurde / und die Bergwercke und Bergleute solten ihr schwer erbauet Silber um geringe Münz geben / werden die Bergwercke allenthalben liegen bleiben / und wurde also dem Lande ihr Vertreib und Nahrung entzogen / und die Gebürge wiederum verwüstet. Und ob diß Land auf einmal verhöret werden solle / so könnte es doch so viel Schaden nicht zufügen / derhalben wir euren Rath und Bedencken begehren zc. *Ultimam omnes ad salutem communem promovendam Serenissimi Saxoniae Electoribus hoc modo se exhiberent similes, certè tanta mutatio, quæ aliquot per annos floruit non invalesceret. Plura de incommodis ex mutatione monetae proficiscentibus, vide sis ap. Perez. C. de vet. num. potest. n. 13. 14. Bodin. lib. 6. de Republ. c. 3.*



§. 7. Dixi, absq; consensu populi, Principem nummos mutare non posse, obstare asserto videtur, quod hac ratione aliquid Majestati decedat, si in legibus ferendis, subditorum adhibeantur consilia, at, negatur hoc ipsum, cum Magnifico Ziglero, *Exerc. 9. n. 15. de Jur. Maj.* Nec enim propterea potestas circa monetam, subditis subjicitur & eis communicatur, quando cum illis deliberationes instituuntur, nec ideo consensus illorum adhibetur, quô Princeps exercere potestatem possit, sed, ut tanquam Pater Patriæ, justè & rectè exerceat, quæ rectitudo, unde sanè, in nostra præsentî materiâ haberi poterit, nisi ex assensu & suffragiis populi, quæ comòdisimè per Proceres & Primatus populi explicantur in comitiis. *Quod si neglectum fuerit, maximo suo suorumquè malo, damnum, non tamen priùs, quàm tunc, quando illatum est, nec emendandi corrigendiquè facultas restat, proveniens sentit; exemplo sit, Rex Hispaniæ, qui introductionem monetæ cupræ ab initio lucrosam putabat, quoniam 20. coronati, quibus emptum cuprum fuerat, ad centum augebantur, inde eam tanta quantitate formare curabat, ut numerus ad quadraginta miliones auri ascenderet, at eventus, rerum Magister, incommodum mutationis, quæ semper periculosa, edocebat, quippe subditorum commercia, quibus præter cupreos, alii non relinquebantur nummi, vacillabant, nec enim ex peregrinorum, quædam sibi comparare poterant, his, quia nummi cuprei, nulli usui erant, nec permutatione antiqua proficiebant, adde Autorem libri Gallici de Statu Suetiæ cap. 8. Hac de questionibus §. 5. propositis.*

§. 8. Succedit alterum Principis officium, circa nummos, quod consistit in receptione peregrinorum nummorum, quibus de cum §. 3. hujus cap. nonnulla dixerim, sufficiat, hic meminisse, eos non admittendos esse, si vel ærosi nimis fuerint, vel speciei parum probæ, vel sufficientes sint patrii, vel si hi levioribus peregrinis commutentur & exportentur, Pertinent huc Ferdinandi I. *Ord. monetar. An. 1559. §. 50.* Und nach:



nachdem die fremde ausländische Münzen / mit Hauffen in das Reich deutscher Nation gebracht / dargegen aber die gute silberne Münzen hinausgeführt / und in ärgere verwandt / damit denn unsere und des Reichs Unterthanen / mit solchen fremden geringen Münzen nicht weiter beschwehret werden / so setzen / ordnen und wollen wir / daß / nachdem diß unser Kaiserlich Edict publiciret / oder in das Reich deutscher Nation ausgekündt wird / alle fremde ausländische silberne Münze / die ausser dero / so unser Münzordnung zugethan oder unterworfen gemünzt worden / in dem Werth / wie die ikund im Gang sind / und vor Auskündung dieses unsers Kaiserl. Edicts eine Zeitlung gewesen / 6. Monat / die nächsten und nicht darüber / für Wehrschafft oder Bezahlung gegeben oder genommen werden. Wenn aber solche 6. Monat verflossen / alsdenn sollen sie im Reich / deutscher Nation / nicht mehr für Wehrschafft / sondern ganz und gar verbotten / abgethan / und weiter in einiger Bezahlung weder gegeben noch genommen werden *ic. nec non præter alia Edicta, Serenissimi nostri Legislatoris Johannis Georgii II. de Anno 1678. die 27. Junii, & Anno 1674. die 18. Decembris publicè adposita, posterioris verba hæc sunt.*

Demnach bey dem Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Johann Georgen / dem Andern / Herzogen zu Sachsen / Jülich / Cleve und Berg / des Heil. Römischen Reichs Erz-Marschallen und Churfürsten / Landgrafen in Thüringen / *ic.* unterthänigster Bericht einkönnen / was massen unterschiedliche geringhaltige Münzsorten an Sechtzehnen- Acht- und Vier- Groschen- Stücken / derer theils in Nieder- Sächsischen Krense verruffen / theils in der Marck Brandenburg devalviret seynd / durch die Handlung ins Land eingeschleppet / und unter die Leute gebracht werden ; Als haben Ihre Churfürstliche Durchl.



Durchl. der Nothdurfft ermessen / daß solche Münz-Sor-  
ten an Sechtzehen- Acht- und Vier- Groschen- Stücken /  
als alle und iegliche Gräfliche Stolbergische / von was  
Form und Gepräge die seynd / dann die Ost-Friessländi-  
schen / ingleichen die Gräflichen Sann- und Wittigen-  
Steinischen / wie auch die Brehmischen allerseits auff  
Werth / als : die Sechtzehen- Groschen- Stücken / oder  $\frac{2}{3}$ .  
für 15. Groschen / die Acht Groschen- Stücken oder  $\frac{2}{3}$ . für  
 $7\frac{1}{2}$ . Groschen / und die Vier- Groschen- Stücken / oder  $\frac{1}{2}$ .  
für 3. Groschen 6. Pf. in Handel und Wandel / und höher  
nicht ausgegeben und angenommen werden / die Friesslän-  
dischen  $\frac{1}{2}$ . oder Vier- Groschen- Stücken aber ihres gerin-  
gen Gehalts halber / ganz und gar verruffen und verboten  
seyn sollen. Und gebieten darauf allen und ieden ihren Bez-  
amten und Unterthanen / auch sonsten männiglichen / so in  
deroselben Chur- Fürstenthum / Landen und Gebieten ih-  
ren Handel / Nahrung und Gewerbtreiben / ernstlich / daß  
sie sich alsbald von der Zeit an der Publication dieses Pa-  
tents gehorsamst darnach achten / und hierüber bey Ver-  
mendung ernster Straffe und Ungnade / unverbrüchlich  
und embsig halten sollen. Dessen zu Urkund haben mehr  
höchstgedachte Ihre Churfl. Durchl. der Canklen- Secret,  
hierunter zu drucken anbefohlen. Geschehen zu Dresden /  
den 8. Decembr. Anno 1674.

Johann Georg / Churfürst ꝛc.

CAP. V.

*De Consideratione Adulterationis & Anim-  
adversionis, quoad Nummos.*

§. I.

**H**ucusque constitutionem Nummorum perlustravimus, re-  
stat, ut, quomodo circa eandem delinqvatur, & delin-  
qventes, quibus poenis afficiantur, breviter dispiciamus. Præ-  
mit-

F

mit-



mittendum tamen primò, quod ex Damhuderis pr. Rer. Crim. elucescit, concurrere Legem Corneliam de falsis, cum L. Julia Majestatis, & quia Majestatis crimen, duo sub se comprehendit capita, de Perduellione alterum, alterum de crimine Majestatis in specie sic dicto, de utroque falsum nummarium participare dicimus. De priori quidem, si quis hostili animo aut studio novandi status publici, jus ipsum nummorum cudendorum sibi arrogaverit, de posteriori, si cuderit, aut cufos & imagine Principis signatos, adulteraverit; Dein notandum, circa Nummos falsum committi multifariam, Damhuderus d. l. p. m. 162. quintuplex facit; primò, nummos excudendo, absq; ullâ Principis autoritate & permissu; secundò, nummos falsos excudendo pondere aut materia, nempe si quis æs aut metallum inauret, aut si stannum vel electrum inargentet; tertio, adulterando & falsificando nummorum imaginem, aut superscriptionem, aliam imprimendo formam ac effigiem, quartò, corrumpendo pondera nummorum, supra ordinationem Principis, scilicet nummis pondus æquum non tribuendo, aut justis ponderis nummos, circumcidendo, eoque modo ponderis æquitatem auferendo; Dd. ad l. 9. ff. ad L. Corn. de fals. quintò, corruptos & adulterinos nummos, ab aliis coemendo & in vulgus elargiendo. Clarus lib. 5. sentent. §. falsum n. 37. eosdem quinque modos, falsi circa nummos, recenset. A quibus non alienus est, art. 111. Ord. Crim. Caroli V. Imperatoris, licet explicitè in tribus solummodò falsum nummarium constituat, verb. In dreyerley Weise wird die Münze gefälscht; Erstlich / wenn einer betrüglicher Weise / eines andern Zeichen darauß schläget; Zum andern / wenn einer unrecht Metall darzu setzet; Zum dritten / so einer der Münz ihre rechte Schwebre benimmt / addit tamen eod. art. quartum, oder auch / ohne habende Freyheit münzet. His præmissis, ad uniuscujusq; capituli tractationem, delictum, & ex hoc resultantem poenam, ea brevitate, quam temporis residuum patietur, adjiciemus.

§. 2. Ex capite præcedenti itaq; quarto, notum habemus; jus nummos formandi non alii, præterquam ei, qui potestate in Republicâ floret summâ, competere. Et ergò exinde fluit, qui sine autoritate & permissu Principis nummos cudit, in Majestatem impingit; quod crimen, quia immanissimum, ita semper etiam leges id maximis profecuti sunt poenis. In Romanorum Imperio, infamia, violatores, Majestatis, expectabat, quia judicio publico damnabantur l. 7. ff. de publ. jud. & cum ad honorem funus solenne, luctus



Etus familiæ & propinqvorum pertineat, etiam hæc eis dene-  
gabatur, l. 11. ff. de his qui not. inf. l. 35. ff. de Relig. & tandem  
memoria eorum post mortem damnabatur, l. pen. § fin. C. de  
Crim. Majest. vindic. ædes diruntur arg. l. 24. ff. de pœn. faculta-  
tibus privantur, quæ fisco cedunt l. fin. ad L. Jul. Maj. L. 5. 6. 7.  
C eod. porrò corpus & vita quoq; affligitur, hinc gladio ferien-  
dos, L. Quisquis C. de Crim. Maj. vind. dicitur, quod Dd. de omni  
suppliciorum genere interpretantur & pro modo Criminis, jam igne,  
jam dissectione in quatuor partes, jam gladio puniendos esse autumant,  
tum, quod §. 3. J. de Publ. jud. generaliter loquatur, tum quod Paulus,  
lib. 5. sent. cap. 23. igne comburi, bestiis objici & capite plecti, Ma-  
jestatis læsæ violatores prædicet. Unde & lex nostra 2. C. de falsa  
mon. eum qui nummos falsa fusione formaverit (1.) exustionibus  
flammarum mancipandum, & bona (2.) fisco Regio seu Cesareo addi-  
cenda vult. Adstipulatur huic Constitutioni, Ord. Crim. §. antec.  
citata d. a. his verbis. Die falsche Münze machen / Zeichen und böß-  
haftiglich den Nächsten zum Nachtheil wissentlich auswenden / die  
sollen nach Gewohnheit / auch Satzung der Rechte / mit dem Feuer  
vom Leben zum Tode gebracht werden. Modò de sui ipsius (delin-  
quentis) Principis, vel alterius Principis in cujus ditione ea fal-  
sitas contigisset, aut eis nummis alterius intelligas, quam suus  
Princeps, ex ordinatione cursum (ut volunt) habere sinit ac per-  
mittit; Siquidem si fusio esset nummorum extranei cujusdam Princi-  
pis, quiq; in committentis Principis regione nullius essent usus, crimen  
hoc levius & mitius puniendum foret puta relegatione vel fustigatione,  
ratio quia Crimen Majestatis, perpetuam relationem, inter superio-  
rem læsum & inferiorem ledentem, implicat, nec sine ea intelligi po-  
test Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 32. th. 1. Ant. Matthæi ad L. J. M.  
c. 1. n. 7. quare, ut ordinariè puniatur, Læso, pacto aut natura, subje-  
ctus sit, eiq; obsequium debeat.

§. 3. Quæro, an & flammarum pœna in falsificatione mo-  
netæ, inferioris, à Principe summo, status, locum habeat? Af-  
firmo, quia eadem, generali Germania consuetudine, recepta, Me-  
noch. lib. 2. de Arbitr. jud. quæst. cas. 316. num. 29. fol. 433. Andr:  
Knichen, Tr. de jure Ducum Sax. cap. 5. Rubr. de Regaliis. Decido.  
per d. Const. Carol. V. Rubr. Straff der Münzfälscher von falscher  
Münz insgemein / quæ generaliter exprimitur, ergò generaliter non  
de Imperatoris solùm, accipienda, l. 3. §. 5. ff. de sepulch. viol. Petr.





à Duennas Reg. Jur. 133. incip. Constitutiones, leges vel Canones generalia per verba concepti, generales habendi. Tiraquell. Tr. legum connubialium gloss. 7. n. 89. Accedit Henn. Arnisæus, de Jure Majest. lib. 2. c. 7. Rubr. de potestate in rem nummariam, num. 10. in fin. pag. 442. ubi sic scribens est, Frustra quærit, Job. Harpr. §. Item lex Cornelia de falsis. 7. n. 48. Inst. de publ. jud. quæ pœnâ puniendi sint qui Civitatum aut Principum monetam corruperint? quia & hæc Imperii moneta est, & non à Civitate quæ cudit; sed ab Imperio autoritatem habet: nec Carolus V. ullam distinctionem facit, inter monetas Principum aut Imperatoris: æquali pœnâ, utriusq; adulteratores persequens &c. His non obstat l. 1. C. de fals. mon. ex qua dissentientes contrarium probare volunt, quia generatim de pœna capitis loquitur & ita ultimum supplicium designat, licet mortis qualitatem in specie non ostendat, quam in seq. lege Imperator declarat, per ignis pœnam, Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cas. 316. num. 9.

§. 4. Antecedenti §. 2. pœnam ignis & confiscationem bonorum cum Imp. nostro constitui in delinquentes, hæc constitutio procedit regulariter, fallit enim (1.) in Minorennibus, quibus Dd. pœnam gladii vel fustigationis decernere amant, quod atrocitas pœnæ, in vitiosissimos tantummodò, quales minorennis regulariter hauri judicantur, vires suas exerere consueverit, cum infantibus & pupillis æquiparentur; t. t. ff. de minor. l. 54. in pr. ff. de re jud. l. 3. C. de in integr. restit. minor. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1064. per tot. & passim. ap. Doctores. (2.) In his, qui extrema paupertate coacti, falsam, eamq; modicam, ad sustentationem vitæ, monetam formarunt, unde sola relegatione plectuntur, Dn. à Felden. p. 2. Elem. memb. 36. p. 3. art. 5. §. un. necessitas enim, ut vulgò ajunt lege caret, inde ob furtum commissum, scilicet ex famis necessitate, à pœnâ ordinariâ immunes sunt, Bart. ad l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jact. Ord. Crim. Carolin. art. 166. (3.) in resipiscentibus. Ulp. l. 8. l. 19. ff. ad L. Corn. de falsis. ubi eleganter & latè Hippol. de Marsiliis n. 1. seqq. Tholos. lib. 36. Synt. Jur. Univ. cap. 2. n. 31. P. Paul. Paris. Cons. 169. n. 24. lib. 4. Conatus ergò criminis hujus, tanquam istud perfectum penitus atq; consummatum sit, non punitur. Covarruv. Tr. de vet. numism. collat. c. 8. n. 3. ad similem modum (1.) arbitrariè punitur, qui falsos nummos formare voluerit, sed quocunq; fato vel causa impeditus vel etiam à Magistratu seu publi-



publicâ vindictâ, præventus, perficere non potuit, Matth. de Afflictis cap. un. verb. moneta n. 24. ubi rationem & regulam ponit, quod ubi causa reducitur ad non causam, perinde sit, ac si à principio sine causa fuisset, l. 1. §. fin. ff. de cond. sine caus. Thomas Grammaticus, Decis. Neapolit. 74. Incip. in causa n. 24. § 30. in verbis: de effectu, perfectè non consummato apparet, quia nulla demonstratur moneta confecta nec formata, & ideo non potest dici fecisse monetam falsam, qui eam incepit facere, sed non cudit nec perfecit, § num. 29. scribit. In magno juris Prætorio, revocatam fuisse mortis sententiam, à iudicibus magnæ Vicariæ, latam, junge Hieron. de Cævallos in speculo aureo commun. opinionum contra communes, quæst. 540. p. 2. Joseph. Ludovici, Decis. Perusina. 80. n. 3. Petr. Plaz. à Moraza in Epitome Delictor. lib. 1. cap. 20. n. 2.

§. 5. Subsequitur ut percurramus, quomodo circa materiam delinqvatur, quod variè accidit. Etenim quia secundum l. 1. ff. de contr. emt. non ex aliâ materiâ, quam quæ publicè electa est, & quidem in iusto & legitimo pondere, nummi formandi, non illi tantum peccant, qui pedem monetarium non observant, sed etiam, qui nummos minutiores faciunt, radunt, circumcidunt, aut alio modo attenuant, nummos benè compositos, & hi, ut, tanquam pestes commodi publici, privativè puniantur, Republ. maximè interest. Jure ff in genere constitutum fuit, ut liber homo ad bestias detur, servus summo supplicio afficiatur. l. 8. ff. ad L. Corn. de fals. In C. Just. capitali supplicio puniri jubentur. l. 3. C. de Vet. numism. potest. Jure Imperii hodierno, pœnâ est arbitrariâ, ex ordin. Carolin. Welcher aber der Münze ihre rechte schwere gefährlicher weise benimbt / der soll gefänglich eingelegt und nach Rath am Leibe oder Guth / nach gestalt der Sachen / gestraffet werden. Saxonico vix ac ne vix quidem ad Vivicomburium quoad hos (quanquam jure Civ. forte aliud dicendum sit) proceditur, quocirca Carpzovius pr. Crim. quæst. 42. aliam mitioremqve pœnam imponendam statuit, cujus sententiæ ab æqvitate & benignitate se commendanti, subscribimus.

§. 6. Patet ex hætenus, & quidem §. 2. h. c. relatis, pœnam ignis imponendam, his, qui nummos vitiant, quæro, an de nummis aureis solum, an simul de argenteis accipiendum assertum? Hoc affirmo, ob eandem prohibitionis rationem,



quæ eandem facit juris dispositionem, l. 32. ff. ad Aquil. l. 108. ff. de V. O. Etenim vitians nummos argenteos, æquè Regale Principis affectat, ejusquè Majestatem lædit, ac, qui vitiat aureos.

§. 7. Formam quoquè, quam supra cap. 2. §. 2. in valoris impositione & characteris impressione consistere deduximus, sæpius vitari, certum est, Nam Principis solius est, sicut & illorum, qui loco Principis habentur, vigore Regalium, de monetæ valore disponere. Rosenthal. de Feudis cap. 5. concl. 48. hinc eam potestatem nemo his exceptis, sibi arrogare poterit & contra faciens, pœna hæc de re constitutâ, non immeritò plectetur, quam in l. un. C. si quis solid. circul. exter. Constantinus, proposuit, cujus legis verba, hæc sunt, Omnes solidi in quibus nostri vultus ac veneratio una est, uno pretio estimandi sunt, atquè vendendi quam diversæ formæ mensuræ sit: nec enim, qui majore habitu faciei extenditur, majoris est pretii, aut qui angustiore expressione concluditur, minoris habere credendus est, cum pondus idem existat. Quod si quis aliter fecerit aut capite puniri debet, aut flammis tradi, vel alia pœnâ mortiferâ. huc facit lex 3. C. Just. de vet. numism. potest. Accidit tamen, ut plerumquæ hujusmodi nummorum æstimatio invalescat, usû & consuetudine, & inde autores eorum rarò expiscantur, nummariaquæ; rei Præfecti, serò eandem deprehendant, & tunc bonitas pecuniæ, secundum usum non materiam consideranda venit. hæc de valore De Characterere sciendum, circa illum etiam variè peccari, præcipuè falsitas contingit, quando aliqui, aliorum Principum imagines, nummis suis multo debilioribus, imprimunt. Ren. Budel. de monet lib. 1. c. 17. n. 14. quod factum, pinguem satis ad bellum indicendum causam dat, si committatur ab eo, qui superiorem non recognoscit, si verò ab eo, qui certâ jus monetandi à Principe mercede conduxit, pœnâ, capitis relegationis vel alia extraordinaria punitur.

§. 8. Paucis, restat, ut de expendentibus, & circa finem delinquentibus differamus. Circa finem delinquit, qui nummos publicos, & ad commercia destinatos, liquefaciunt & totum eorum officium, corrumpunt hos, gravior animadversio, scignis supplicium, expectat, quæ de Constitutio Ferdinandina, quæ tamen Scabinis Lipsientibus, acerbior visa est, ut ex eorum reponis elucelcit. Limita dicta in Aurifabris, modò fiat liquefactio, non nisi in defectum auri vel argenti, Autoritatequæ Magistratus,



*tus, secundum Edictum Monetarium Ferd.* Dergleichen ob die Goldschmiede/ Gold oder Silber zu ihres Handwercks Nothdurfft nicht bekommen möchten/ und die gulden und silbern Münze verbrechen müsten/ so sollen sie doch ferner und mehres nicht brechen / denn so viel zu Verlag ihres Handwercks bedürfftig/ und in keinen weg verkaufen oder verführen / bey Vermeidung vorgesezter Pöen und Straff/ Sie sollen auch einige guldene oder silberne Münzen nicht brechen/ ohne Vorwissen ihrer ordentlichen Obrigkeit &c. *Illos sc. expendentes solum, non etiam fabricantes, nunc perpendamus, quibus jure Saxon. Gloss. Landr. lib. 2. art. 26. lit. A. extraordinaria fustigationis sc. poena, reiterationi verò ultimum supplicium constitutum est, præprimis si quantitas major fuerit, & una conscius, falsæ fabricationis reperiatur; Dan. Moller, Lib. 2. Semestr. cap. 35. n. 2. ubi præjudicium Scabinorum Lipsiensium refert.* Etenim si expendens simul fabricans erit, eum indubitato poena ignis manet, juxta textum juris Saxon. Siebt der Münker einen falschen Pfennig aus / also/ daß er damit kaufen will/ es gehet ihn an den Hals. Idem obtinet, in his, qui falsos nummos recipiunt, d. a. iii. Welche falsche Münze aufwechseln oder sonst zu sich bringen/ und wiederum gefahr = oder boßhaftiglich dem Nächsten zum Nachtheil wissentlich ausgeben/ die sollen nach Gewonheit auch sagung der Rechte / mit dem Feuer zum Tode gebracht werden; aut nummos reprobatos restituunt, in sæpius cit: Edict: Mon: Ferdin: §. Auf daß dann verb: im Fall aber einer oder mehr / solches verbrechen und über dieß unser Verboth die Einführung thun würde/ der oder dieselben sollen nicht allein daß eingeführte Geld / sondern auch ihr Leib und Guth nach gestallten Dingen verwircket und verfallen haben.

§ 9. Ceterum cum ex voluntate & proposito facta æstimentur, patet non in omnes sed eos expendentes severam animadversionem exerceri, qui dolose id faciunt; fallit ergo præc. §. (1.) in ignorantibus arg. l. 9 §. 2. *ibi, dolo malo ff. ad L. Corn. de fals. quia ignorantia dolum excludit, arg. l. 50. ff. locat.* Kirchof. Tom. 4 Conf. 48. n. 31. p. m. 219. § *pœnam avertit. l. fin junct. not. ibi per gl. de decret. ab ord. fac. l. ex maleficio.* §. 1. ff. de O. & A. (2.) in eo, qui verbis (vasorii inescatus, expendit falsos nummos. (3.) in casu jactæ aleæ, ubi ludens, secundum Marfil. ad l. 19. ff. L. C. de fals. beneficio falsorum num-



Q227/2391

nummorum, modò ne ipse excuderit, ab ejusmodi pœna planè  
existit immunis, ratio quia nihil injusti patiuntur aleatores, fal-  
sa pecunia circumventi: omne enim illorum lucrum injustum;  
placet tamen distinctio à contrario sensu, ex art. 111. d. Or. Cr.

TANTUM.

COROLLARIA.

I. *Locator, Conductorem re conducta abu-  
tentem, propriâ autoritate expellere nequit.*

II. *Sponsus res sponsæ ante nuptias dona-  
tas, matrimonio non subsecuto, vindicare potest.*

III. *Aggressorem occidens, non servato  
moderamine inculpatæ tutelæ pœna L. C. or-  
dinaria afficiendus non est.*

IV. *Creditor invitus particularem soluti-  
onem accipere non tenetur.*

V. *Transactio Scripta absq̃ Sigillis addi-  
tis, valida est.*

VI. *Doctorem bullatum nullius autorita-  
tis esse, non dixerim.*

FINIS.



VDA7

m.c





partim à ce  
 qui primo  
 in Romano  
 justum red  
 de Imper.  
 n. 231. pa  
 fidentes,  
 per varia se  
 ni videant  
 usibus feuc  
 fluctuamus  
 est, justitia  
 justitia fan  
 ut & adhuc  
 guere, in vi  
 C. de fals. n  
 permissu, l  
 in solenni ac  
 vilegia Doc  
 DEVM, Ex  
 sua & Veri  
 ve dirigat,  
 Patronorum  
 ximi comm  
 tionem.

**V**erum  
 secunda  
 lege ejusve  
 care & respo  
 ambibi, ver  
 pramittere,

s debellatorum,  
 pressè vel tacitè  
 imperio injusto  
 S. Trin. Costald.  
 Rom. Imper.  
 e temporis, de  
 vim subjugati,  
 rum dominatio  
 trov. invest. in  
 tia in suis armis  
 us, quia certum  
 provincias, per  
 er, unde venit,  
 ap. Romanos vi  
 stitutionem l.2.  
 ente Triade, &  
 rdinis, eandem  
 , Honores ac pri  
 ritè procedat,  
 iritu Sapientia  
 ret, calamum  
 vivinè Gloriam,  
 tilitatem, pro  
 & commenda

incurram, quòd  
 iens non sit, de  
 er spectà, judi  
 tractare animo  
 is reperiuntur,

Tex-

